DE JURE

FOEDERUM
DISCURSUS.

Quem cum MANTISSA,

PRO

SUMMIS IN UTROQUE JURE

DOCTORATUS

INSIGNIBUS ET PRIVILEGIIS

ritè obtinendis,

ILLUSTRIS LUDOVICIANÆ

MAGNIFICO SENATUI ACADEMICO

Solenniter examinandum submittit

DAVID JONATHAN SCHARF

BARDOVICO-LUNEB. Philos. M.



Die IX. Augusti.



GIESSÆ HASSORUM,

Typis Viduæ KARGERIANÆ.

M.DC.LXXXIII.

FOedera dum profers, quidque inviolabile pignus
Sit pacis, magnâ dexteritate doces;
En! allecta tuis virtutibus, Optime SCHARFI,
Nostra Themis tecum fœdus inire cupit.
Gratulor optatum fœdus, quo stante vigebunt
Per Te pura fides, justitiæque decus.

Ita raræ eruditionis Candidato Domino SCHARFIO, Fautori atq; Amico suo perquam dilecto applaudit
NICOLAUS THILEN, h.t. Acad. Giess. Rector.

ELEGIA GRATULATORIA
Elegantissimâ pariter ac variâ doctrinæ solidâ supellectile refertissimæ
DISPUTATIONI INAUGURALI
DE FOEDERIBUS
VIRI Nobilissimi & Præclarissimi
DN. DAVIDIS JONATHANIS SCHARFII,
Submissa
à
PHIL. LUDOV. HANNEKENIO D.
* * *

FOEDERA consociant homines, sociantque JEHOVAM;
Sæpe DEUM atque homines fœdera dissociant.
Sancto quæ sunt fida DEO sunt optima; veræ
Quæ non confundunt Relligionis opus.
An bene Judæus, seu sit recutitus Hirtca,
Mittatur veri in fœdera Christicolæ?
Quæritur. Hæc docto distinguit SCHARFIUS ore,
Et multum insudans fœdera clara facit.
Nomine præsentas felicis culmen amoris;
Pande sinum Jonathan, David amicus erit.
Fœdere digne DEI, constans quod ab hoste tueris,
Quodque pium præstas, fœdere digne hominum.
Fallor? an abstracto nuper, nunc, Gissa, reponis,
Quæ dudum poteras congrua pro meritis?


SCHARFIUS, hic Noster rectè, non Stumpfius, audit,
Et sibi conveniens nomen & omen habet.
Ingenio Vegeto, mentis quoque acumine pollet,
Et Sophiæ & Themidos diluit arte strophas,
Conscendit Cathedram, pandens Mysteria juris
Fœderibus quæ insunt, quæ violare nefas,

Ut pulsis telis Victor abire queat.
Quòd si qui pugnant in bello fortiter, hostes
Profligantque suos, digna brabea ferunt,
Athletæ huic quid ni quoque præmia larga darentur,
Quæ dudum meruit sedulitate suâ?
Gratulor ergò Ipsi, devoto corde precatus,
Ut quæ consequitur, grata, beata fient.

Ita Nobiliss. & Praecellenti DN. Scharff/*solenniter pro summis in utroque jure consequendis Honoribus disputanti, acclamare & gratulari voluit*
ANTON-HENRICUS MOLLENBECIUS, J. U. D.
Cod. Prof. Ordin. Fac. Jurid. Sen. & h. t. Decan.

FOedera quæ doctè tradis, Clarissime SCHARFI,
Cum Themide arctum TE fœdus iniisse docent.
Ergo! Quid mirum? Si præmia fœderis ampla
Promittit Socio; Quæ TIBI multa precor!

Ita applaudebat DN. CANDIDATO
FRIDERICUS NITZSCHIUS D.&P.P.



CAPITA hujus DISCURSUS.

IN NO-

IN NOMINE
SACROSANCTÆ TRIADOS
DE

JURE FOEDERUM
DISCURSUS.

CAPUT I.
In quo ETYMOLOGIA *vocis* FOEDUS *& DEFINITIO dilucidatur.*



OEDUS, quod Liga vocatur in A. B. *Tit. 15. §. 1.* 1.
GRÆCIS Σπονδὴ, à σπένδω, libo, fœdus ferio; quod in fœderibus ejusmodi ceremoniarum solennis erat usus. Schrevelius *&* Pasor *in Lex.* Item Συνθήκη, Διαθήκη, hanc enim vocem quodlibet pactum significare, non solùm testamentarium, ait *Pasor* in verb. Τίθημι p. 644. & probat Andr. Rivetus *in c. 6. Genes. Exerc. 53.* HEBRÆIS בְּרִית à בָּרָה vel בָּרָא cæcidit, elegit, selegit; quia eliguntur personæ, inter quas, & res ac conditiones, propter quas, initur Fœdus; vel quia victimæ in fœderibus pangendis cædi solitæ, Buxtorf. *in Lex.* Rivetus *c. l.* GALLIS, Ligue, Alliance. ITALIS Confederatione, Lega. GERMANIS communiter ein Bund / Bündniß : *sive* à feriendo, *sive* 2.
fœdè cædendis victimis, *sive* hœdo in pangendis fœderibus immolari solito, *sive* Fecialibus, *sive* Fide deductum si quis evincere conetur, in adstipulando non adeò difficilis ero, in verbis vanisque nominum vocabulis, ut *Imp.* loquitur in *l. 2. §. 1. C. de Const. pec.* non dialecticans, nec quod Criticorum tractaturus. Quamvis JCtos etiam hîc occupatos fuisse, ex Postliminii, Furti, Injuriæ, Novationis, Possessionis,

ſionis, Tutoris, Sponſalium, Mutui, Juris, Pacti aliisque verbis conſtet: Ulpianum hinc ὀνομαλογήραν, i.e. nominum indagatorem appellatum fuiſſe ex *Athenæo* refert Cujac. *l.24. Obſ.39. fi.* V. Nicol. Henelium *de Veter. JCtis in vitâ Ulp.c.28.n.2.3.* & Antiſtii Labeonis diligentiam circa vocum origines rationesque commendantem A.Gel-
3. lium *Noct. Att. L.13.c.10.* Monuiſſe ſufficiat, interpretatione nominis, quæ fit per Etymol. faciliorem quidem rei cognoſcendæ ſterni viam, per ea, quæ congerunt Wahr. ab Ehrenberg, aliàs Eberh. à Weihe *Meditam. pro Fœder. l.1.c.3. pr.* Rulandus *Tr. de Commiſſar. P.1. l.1.c.2. à n.1. usq. 6.* Henelius *in comment. cit. C. de Ant. Lab.4. n.5.6.* quô ſenſû Socrates ap. *Epict.* ἀρχλὼ παιδεύσεως τλὼ τῶν ὀνομάτων ἐπίσκεψιν εἶναι. certam nihilominus Rei perfectamque nos nondum habere notitiam, quod explanat Everhardus *in Loc. leg. 4. ab Etymol. n.8. & per tot.* ac alluſivas notationes pro diverſitate conceptûs formalis ſæpiùs haud generaliores Etymologiato, quales eſſe ſolent; nec adæquare conceptum hujus objectivum & prædicandi latitudinem, quod utrumque tamen à Fide Fœderis deſumtum etymon præſtat, ſpecioſam ob hoc veri vim habens, & doctiorum calculo firmatum. Ehrenb. *d.c.3. p.m. 254. 255. 260.* B. Dn. Schütz. *Coll. Jur. Publ. Vol. 2. Diſp. 12. th.2. lit.B.* Feſchius *de Fœder. th. 2. lit. G.* in *Vol. 5. Diſpp Baſil.* Van der Graef *de Regal. c.56. n.10.* Joh. Bodinus *de Repubi.*
4. *l.5. c.6. pr.* Gryph. ap. Arum. *v.2. I.P. Diſp. 28. th.24.* Opitulatur iſti veterum τῶ Fœdus & Fidus identificatio; Janus Laurenberg. *in Antiquario verb.* Fidus, quam docet illo *Ennii.*

Accipe daque fidem, fidusque feri benè firmum;

& quod Fœderum, ut ita dicam, quidditas, anima, tutamen vel cauſa ſine quâ non ſit Fides, quæ indidem Feudi denominationem ſuſtinet, ſanioribus Feudiſtis, ut genuinam juri *2.F.3.fi.* & rationi conſonam dudum communiter probatam. Struv. *Synt. J.F.c. 2. Aph.1.n.3.* Id. *in Obſ. Feud. ad h.A. §.1.* Carpzov. *Diſpp. Feud. 1. de Orig. & Author. J.F. Poſ.24.* Roſenthal. *Syn. J. Feud. c.1. concl.6.n.3.* Schrader. *Tr. Feud. P.2. c.1.n.4.5.* Gothofr. Anthon. *Diſpp. F.1. th.1. lit.B.* Gœddæus *Diſpp. F.1. th.11. lit. D.* Card. Mantica *de Tac. & Amb. Convent. L.23. Tit.1. num 3.7.8.* Vultejus *de Feudis l.1. c.2. num.1.* junge Illuſtrem Dn. ab Eyben. *c.1 Elect. J. Feud. §.10. pr.*

5. Sed quæliſcunque ſit vocis origo non fluctuor, certus de potiori, Re nempe, cui verba ſubjecta, arg. *c.6. x. de V.S.* & cujus præcognitionem abſolutè neceſſariam optimè fœderis dabit definitio, in quâvis alias diſceptatione itidem perneceſſaria, teſtantibus de comuni Eruditorum

ditorum consensû Ehrenb. *L.2. de Fœder.c.1.pr.* Fesch. *cit.th.2.lit.B.* Everh. *loc.à defin.3.pr.* nam Regii censoris instar rei demonstrat naturam, vim & potestatem, quidditatem, substantiam, qualitates, Ruland. *d.l. 1.c.3.n.2.* Mascardus *de Probation. Vol.1.Q.2.n.1.2.* & *Q.16.n.5.* Ern. Cothman. *Vol.* I. *Resp.1.n.*III. unde quod contra definitionem est, esse censetur contra rei substantiam. Mantica *de T. & A.C. l.1. Tit.12.n.*II. Ab istâ argumentû sumitur validum necessariòq; concludens, Cothman. *V.3. Resp. 25.n.16. & V.4. Resp.4.n. 220.* Idem in rebus cognoscendis quod caput homini *l. 44.ff.de Relig.* præstat, Limnæus *l.1.l.P. c.1.n.3.* & ut Philosophus differit omnis propemodum cognitionis initium est. *l.2. Analyt.post.c.14.sub pr..* p.261. *& l.5. Top. c.2.pr.* p.339. *Edit. Sylburgiana.*

Utile Definitionis eo ipso sic evidens est. Ejus autem difficultas 6.
cum oriatur ex variis requisitis, quibus non observatis, Definitionem esse & appellari haud sinunt Logicorum regulæ; an & his in di- Q.
sciplina juris seu legali nostra Philosophia sit locus, disquirere paucis, non adeò incongruum erit. Diligenter istas suo modo obser- 7.
vandas censeo, per ea quæ eruditè rationibus dubitandi & decidendi tradit Chassanæus *in Catal. Glor. mundi P.10. Consid.18.* sibiloque dignos, qui artem definiendi extra Logicam quærunt, distinguendo inter definitionem Logicam, Theologicam, Juridicam, Politicam, quod quàm absurdum, doctè evincit celeb. Stalius *in Orat. de abus. Disp.1. annexâ Reg. Philos.* Polliceantur sibi tales, necesse est, arbitrium in definitiones, quibus in quocunque studiorum genere utantur, de quâ etiam materiâ disceptent, nisi ad normam artis Dialecticæ, aut graviter impingent; aut non peccabunt eâdem ratione grammaticè minus loquendo, quoties quæstio grammaticam professionem non tangit. Miserè hinc in disputationibus corradunt definitionem, quam, ni circumstantiæ Autoris intentionem exprimerent quadantenus, similem certè dixeris veterum pictorum operibus, quæ juxta Philosophi scriptum *l.6.Top.c.2.§.7. p.364.* nisi quis superscripsisset, cognosci nunquam potuissent. Fateor subtilitatem ca- 8.
ptiosam supervacaneamque odiosam juri, *arg. l.19. ad Exh.* ceu veræ (quæ cum publicè tum privatim humanæ societati commoda afferat) non simulatæ Philosophiæ [quæ in nudâ & solâ contemplatione consistit, atque rerum inanium & subtilium magis, quàm utilium disputationes persequitur. Vultejus *de Stud. Iur. in Proleg. Iurispr. Rom. sub pr.*] *l. 1. §.1. ff. de I. & I.* Sed nec dissensuros credo, qui de- 9.
finire satagunt, eô ipso se Regulis adstringere, sine quibus definitio

non dabilis, neque talis nominanda, cum impossibilis vi contradictoriorum ejusdem de eôdem sit Affirmatio & Negatio. Arist. *l.1. Analyt. Post. c.8. circa fin. p. 213.* Positâ alterâ, altera tollitur. *l.124. de V. S.* junct. *l.13. §.3. de Reb. dub.*

10. Quid quæsò obstat, cur Juris potius, quàm aliarum artium, verba aptè definiri non queant? *Non* allegata *Lex. 1. §. 1.* Præterquam enim quod hæc Epicureorum, vel etiam Stoicorum (cujus sectæ se dederat *Ulpian.*) qui vel nimis rigidè τὸ honestum urgebant, nec boni publici & communis hominum societatis rationem habebant; vel qui, cum garrirent magnificè de paupertate, ac virtutes ore laudarent, divitias tamen venabantur, & pręter supercilium, barbam ac pallium nil habebant, quod Philosopho erat dignum; adeoque linguâ tantùm vel Pseudo-Philosophorum veterum inutiles speculationes argutiasque respiciat Dn. Struv. *Synt. I. C. Ex. 1. th. 9.* Gerh. Feltman. *in Comm. ad lib. 1. & 2. ff. h. §. 1. num. 14. 15. 16.* Goth. *ad d. §. n. 7.* omnium latissime Marq. Freherus *παρέργων l. 1. c. 1.* & Bachov. *in Comm. ad πρῶτα p.* 75. *n.* 5. Nos loquimur de modo cognoscendi.

11. *Non*, omnem definitionem in Civili Jure periculosam esse *l. 202. de R. J.* ob quod, ut refert Rulandus, eam tractare divinæ legi contrarium

12. quidam existimant: *d. c. 3. n. 1.* stolidè sanè. Sive definitionem Logicam hîc quis intelligit cum Pinello, M. Ant. Peregrino, Sturcio, Alciato quos allegant Ehrenb. *l. 2. de Fœder. c. 1. p. 4.* & Limnæus. *l. 8. I. Publ. c. 1. n. 23.* Rosenth. *Syn. F. c. 5. concl. 1. n. 1.* Cagnolo *ad l. 202.* quod latè persequitur à n. 54. usque 63. Mascardo *V. 1. de Prob. Qu. 2. n. 5. & Q. 16. n. 14.* Sive Regulam Juris, secundum veriorem sententiam, quam asserunt Ehrenb. *c. l.* Neldelius *in Comm. ad R. J. l. 1.* Id. *de Usu Org. Arist. in omn. Facult. disciplin. P. 5. c. 5. Partic. 2. p. 583.* De Thomasettis *Fl. LL. Reg. 277.* Rulandus *d. c. 3. n. 4.* Ludwell. & Rævardus *ad d. l. 202.* & defendunt ut Rubro, menti JCti ac instituto consonam. B. Dn. Cancell. Strauch. *Diss. ad R. J. 1. th. 4.* Jac. Gothofredus *in Comm. ad h. l. 202.* Guil. Dyæmenus *in Not. ad R. J. d. l. n. 9. 14.* ratio utriusque, quoad hanc, exceptionum multitudo; quoad istam, latitudo subjectæ materiæ, & paucitas ac penuria verarum differentiarum. Everh. Bronchorst. *ad eand. L.* in casû contrario contrarium

13. suggerit. Nec *Iavol.* præceptis Logicorum isto posito sensu JCtos eximit, quorum hos olim studiosissimos fuisse testatur ex Cujac. *Tr. 2. ad African.* Ehrenb. *p. 6.* Potiùs monentur eò cautiores esse in definiendo, quo majus periculum subversionis. Quæ tamen in definitionibus rerum quidditatem exponentibus haud metuenda, juxta tradita

tradita prælaud. Dn. Strauchii. Juris interpreti hinc, non minus quàm alterius disciplinæ Doctori, eò laborandum graviter scribit Car. à Kirchberg *Disc. de Feud. ex Pacto & Provid. c. 3. n. 16.* quem allegat ac sequitur Magerus à Schönberg *de Advoc. arm. c. 4. n. 24.* Et definitiones dialecticas JCtis necessarias demonstrat Dyæm. *c. l. n. 16. & seqq.* Nec enim in Jure tantùm civili, sed omnibus etiam disciplinis sunt definitiones periculosæ: quia ex Philosophi enunciato difficiliùs confirmantur & probantur, quàm refelluntur. *l. 7. Top. c. 3. pr. p. 396.* Unde *Cujacius* conficiendarum definitionum peritiam tanti non immeritò æstimat, ut eos, qui hanc artem tenent, pro verè eruditis demum habeat, relatus à Tabore *Elem. Ipr. Method. p. 1. th. 2.* Ad rem *Mantica* si, *inquit*, satis esset definire secundùm ea, quæ regulariter rebus inesse videntur, quod quidam opinantur, definitio in Jure non posset dici periculosa. Ideoque ita definire oportet, ut res ipsa intelligatur, nec facilè queat subverti *L. 19. de Tac. & A. Conv. Tit. 2. n. 5.* post Jason & Alciat; Non per effectus definiti, sed ejus essentiam & substantiam. Quamvis non omnem per effectus conceptam definitionem velim rejectam, per ea quæ circa usucapionis definitionem ad *l. 3. de Usuc.* commentatur Covarruvias *ad Reg. Possessor. M. F. 2. de R. J. in 6. T. 1. p. 1. §. un n. 1. p. 397. Edit. Lugd. 1661,*

Non, quod sint raræ in Jure nostro definitiones accuratæ, ac absque defectu, de quo conqueritur Neldelius *all. c. 5. Partic. 1.* & Anth. 14
Matthæi apud Taborem *p. 2. th. 20.* Nam hoc impossibilitati intrinsecæ non, nec ex opinione *Ehrenbergii* simulationi JCtorum dan- 15
dum, ac si maluerint esse qualicunque descriptione contenti, ne scrupulosam definiendi viderentur ambire facultatem, etiam doctissimis odiosam, quod Galeni *l. 4. de diff. pulsc. c. 1.* auctoritate firmat: Sed Stoicorum doctrinæ, cujus Sectatores ferè fuerunt JCti Rom. Justis hos studuisse definitionibus probabile est, juxta præallegatum *Cujacium.* v. Tabor *d. th. 2. fi.* Non hoc præstitisse, in causâ fuit veræ defectus dialecticæ ejusque usûs, in quâ consentit Dyæm. *all. n. 19. 20.*
Nimirum totam artem Topicam (de quâ ante *Aristot.* omninò nil 16
ab aliis traditum exstitisse, ipse notat *in Epil. Top. & Elench. Sophist. c. 8. de Reprehens. Soph p. 467.*) neglexerant Stoici, utilem inque definiendo pernecessariam, Analyticæ solùm incumbentes, sub ejus nomine in inutilibus frivolisque Logicæ contemplationis argutiis se exercentes, ac usû obscurarum inusitatarumq; locutionum, pravis argumentationum viis simul insistentes. Quæ Stoicorum Dialectica (per hanc enim partem Analyticam intelligebant) uti fre-

quentiori olim in usû, quàm Peripateticorum fuit ob latè sese dissipantem Sectam, magnamque in vulgus sibi partam famam, sic Jurisprudentiæ istud de definitionibus dedit incommodum. v. Dn. Schilter. *Philos. Juris c.1.per tot.* & *impr.§.15.17.*

17 *Non*, quod amica legibus sit simplicitas, non subtilitas, *l.8.§.16. q.m.pign.solv.l.un.C.Ut act.ab her.§.7.J.de fideic. her.§.3.de leg.agn.succ.* cum simil. *c.6.x.de judic.* & quod JCti non dialecticent in verbis, uti commune est licentiæ prætensæ argumentum. Verum illud;

18 hoc inconsequens. Aliud est dialecticare in verbis; aliud res, ut decet, definire, quod & innuere videtur Mantica *Tr. de Conject. Ultim.volunt.L.1.Tit.1.n.4.* dum istud non attendi, hoc necessarium ait,

19 ac re probavit. Cum verba in Lege, contractû, dispositione, instrumento &c. quædam obscura, dubia, generalia, de sensû autem aliâs constat, valet illud; JCti non dialecticant in verbis, sed exitus rerum ponderant. Hinc *Celsus l.17.de LL.* Scire leges, non est verba earum tenere, sed vim ac potestatem. *Ulp.* Ex legibus accipiendum, tam quod descendit ex legum sententiâ, quàm ex verbis, *l. 6. §.1.de V.S.Modest.l.13.§.2.de Excus.Tut.* Etsi verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens LLatoris aliud vult. *l.5.C.de LL.* Non dubium est in legem eum committere, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. *l.9.C.quæ res pign.* Justum est, voluntates contrahentium magis, quàm verborum conceptionẽ inspicere *l.9.C. qui adm.adBon. P.* Verborum inanium excludimus captiones: de quo

20 exemplum ap. Mevium *P. 2.Decis.35.* In definitionibus verò non fit verbum interpretatio, nec consequenter captio, sed res ponderantur, & quid sint, genere, specificâque differentia exponitur. Ineptiunt sine dubio, qui tale quid dialecticare ajunt, quod proprietatis amussis, & totius exactæ ac methodicæ disputationis fundamentum quoddam Everh. *in loc.à defin.3.n. 4.vr.p.m. 128.* quo neglecto haud

21 possibilis est rei, quam agunt, intelligentia. Deinde illud, *LL.amant. simplicitatem*, non est, ut Chassanæ. *all.Consid.vers.non obstat ulterius*, respondet, verum, in quantum tractatur de interpretatione Jurium, vel in enucleatione quæstionum, & ad veritatem eliciendam: Sed ne subtilitatibus deceptiones fiant, pervertantur vera & recta Judicia: Iniquitates æquitati præferantur sub genere boni & æqui. *l. 91.§. 3. de V.O.* Et concesso, istâ subtilitatis voce Logicorum Regulas simul reprobari in dandis definitionibus; tunc distinguerem inter ea, quæ de definitionum subtilitate, & quæ sunt de ratione formali requisita, involventia ordinatam rei cognitionem primariò, ex inseparabili

parabili cum definito nexû. De istis cæteris paribus subfacilè assentior: de his observandis hactenus primariò locutus sum. Denique, quod occasione Curatoris Reip. *Ulp.* in *l.33.ff. de Usur.* admonet, in nostris terminis applicari non inconcinnè poterit, esse observandas Logicorum Regulas in definitionibus materiæ Jurid., modò non λογομαχίας adsit studium, aut vitium φιλοσοφίας, de quô *Galenum* interpretatur Neldel *d.c.5.partic.6.p.596.597.* nec supervacaneas aucupemur subtilitates; sed quæ ad necessariam spectant cognitionem utiliter indagemus. Nam inter ambitiosam in definiendo subtilitatem, & diligentiam non incuriosam multum interest. 23

Nolo itaque familiari disputantium ex all. *l.202.* adminiculo uti, 24
vel definitionum difficultatem *arg.* l. in hoc allegari solitæ *32. pr. de Usur.* (in quâ tamen non negat *Ulp.* Logicè moram definiri posse; sed certâ non posse Regulâ Juris comprehendi, an & quando mora dicatur facta, ceu res facti magis, quàm Juris. Vel loquitur de morâ in individuo, non in genere. Wissenbach. *v.1.Disp.ff.42.th.13.*) generali quâdam descriptione avertere, circa quam eò laxiùs communiter peccatur, quo minùs se ordini subjectos putant in describendo; sed hanc do definitionem: FOEDUS est PACTUM à SUPERIORI POTESTATE, quà TALI, AD MUTUAM STATUS TUITIONEM ET INCREMENTUM LEGITIME INITUM. Brevis hæc est & succincta, quæ duo in Ehrenbergianâ desiderat Fesch. *de Fœd. th.3.lit.B.* Ipse verbis non sensû discrepantem à nostrâ, hanc ponit, quod sit Pactio publica inter personas Illustriores, populos vel civitates, de mutuis auxiliis præstandis, amicitiâ ac pace ineundâ vel conservandâ, aut aliâ commoditate communicandâ, solenniter conventa. Eâdem fermè utitur B.D.Lebleu *Diss. Pol. de Fœd.th. 13.* Perdrix *ap.* Dn Schutz *Coll.J.P.v.2, d.12.th.3.* Nota *quà tali,* 25
ne pactoabsolutè hîc posito inclusos quis opinetur omnes Imperantium actus, quos circa privata negotia ab his extra Summæ potestatis aut superioritatis χαρακτῆρα fieri constat. At circa publica talis potestas ceu tuti modi proprium est necessaria, quod (suo sensû) innuit *Grotius*, dum ista, nisi jure Imperii majoris aut minoris fieri posse negat: *L.2.de J.B.& P. c.15.§ 4.* Quamvis & per verba *ad status tuitionem, incrementum,* adeoque ex fine conjiciuntur, quæ ad hunc validè impetrandum media, quì subjecta oporteat esse qualificata, ut floreat status, cujus, ceu totius, caput constituunt imperantes, non quà privati, sed summâ præditi potestate, ratione cujus & semper contrahere censentur. Superfluum censeo de (*a.*) 26


Tempore

Tempore quid, vel varii (β.) *Finis* enumerationem definitioni innectere, vel ut se obligent (γ,) ad *Vindictam* fœdifragi qui erunt, quæ suis addunt Ehrenb. *p.10. all.c.1.* Clasen. *l.3. Polit.c.8. th.1.* *Istud* siquidem de fœderis essentiâ in se minimè est, nec nisi extrinsecùs accedit, quale quid Philosophis est accidens, in definitionibus non admittendum, quibus monente *Aristot.* redundatio vitium est. *L.6.Topic. c.1.fi.* Id omne autem, ut *c.seq.2.§.9.p.364.* se ipsum declarat, supervacaneum est & redundans, quo sublato, quod reliquum, planam facit rem eam, quæ definitur. Cui convenit illud *Ulp.l.1.§.8. de dot. præl.* quicquid demonstratæ rei additur satis demonstratæ, frustrà est.

β *Ille* quoad speciem varius est, & intelligitur ex Fœderum tabulis, quas se jungentium determinat voluntas. Quoad genus, seu ultimo ultimus, est uniformis, salus sc. publica, hanc propter fines sunt intermedii. Sufficiet hinc si essentiale fœderis consecutivum insit definitioni, misso extrinseco, & modo istud assequendi, qui urgentibus circumstantiis in imensû excrescere valet. Adeò brevitas hîc amica, ut & substantialia actûs verbis haud raro generalibus in definiendo exprimantur, exemplo non factæ, in Nuptiarum definitione, mentionis consensûs paterni, quam probat *Cothmannus* his. Debet definitio conciso & ubere sermone conscribi, & nihil otiosum habere, sed nec omnia sigillatim explicare, quæ melius & commodius verbis Juris generalibus possunt comprehendi *Vol.1.Resp.1.n.115.* Et *Covarr.* Definitio, inquit, ut ea congrua sit, breviter & compendio quodam debet substantiam per essentialia explicare *all.§.un.adReg.Possessor.&c. n.4.*

γ *Hanc* nisi secundariò & per indirectam intentionem nolunt fœderati, ad publicam salutem ut scopum directè collimantes & ex voto. Præter illud quod accidit, ex causis est post evenientibus, quas ominari triste, & tanquam accidens in definitione meritò negligimus: quemadmodum in simili nuptiæ individuum dicuntur vinculum non attento, quod aliquando contingat separatio. Nec *ejus* in pactis fœderum usitata semper mentio: Eò magis ob hoc definitionem hujusmodi vitiari credo, quod non reciprocabilis sit cum definito, cujus tamen necessitatem ratio postulat, & Arist. *L.1. Top. c.7.pr.l.7.Top.c.3.pr.* firmiter docet, nec JCti negant, dum tale quid vulnus cujuslibet definitionis mortiferum ajunt, & certissimam falsitatis notam, post Bart. Mantica *de Tac.& A.Conv. L.12.T.3.n.15.* Id. *de Conject. Ult. Vol. Lib.1.T. 4.n.4.* Mascard. *v.1. de Prob.q.16.n.2.* Jac.Thoming. *Consil.22.n.76.vol.1.* Everh. *in loc.à defin.3. n.2.3.* per *l.1.§.2.de dolo.* Et *Baldus* in procem.ff.n.52. definitionem vo-

cat convertibilem propositionem, quæ comprehendit substantiam & propriam rei qualitatem.alleg.à Manticâ *de T.& A.C.L.19.T.2.n.2.*
Idem me movit, ut & *modum firmandi* fœdera, & *scripturam* in de- 27
finitione præterierim, velut extra rei essentiam: Nec enim *Juramentum* hanc intrat, nec isto pro firmamento necessario fœdera inniti verum est. Cæterùm, an nostra definitio sit legalis, sparsim monstrabitur. Hoc addo, alias aliorum hâc ipsâ non improbari, modò 18
non ita conceptas, (1.) ut ablato vel addito aliquo eædem maneant, de quo sequentia *Arist.* Definitio numerus quidam est, quemadmodum verò ablato aut addito aliquo, ex quibus numerus est, etiam minimo, non idem amplius est, sed diversus: ita nec definitio, nec ipsum, quod quid erat esse (seu essentia) erit amplius, addito aliquo vel detracto. *L.8.Metaphys.c.3.subfi.p.138.* Nec sint (2.) quod non immeritò vetat Id. *L.7.Topic.c.2.fi.p.396.* aut esse possint, duæ Fœderis definitiones, aut una diversos etiam actus comprehendens & pacta, qualem dant *Flaccius*, *Zepperus*, *Hœnonius*, *Besoldus* ap. Ehrenb. *L.2 c.1.p.11.* Fesch.*d.lit.B.* Nam sunt æternæ rerum essentiæ, juxta Philosophorum *ἀξίωμα*, seu ut ratiocinatur *Arist.* sua cujusque rei una vis est atque natura. Itaque si multæ ejusdem rei definitiones erunt, vis & natura ejus, quæ definitur, erit eadem, quæ utrâque definitione declaratur. Atqui & naturæ non sunt eædem, quandoquidem aliæ & diversæ sunt definitiones. *L.6. Top.c.3. pr.p.367.* ut tamen ex notioribus semper definiatur, annectit: Quod ansam præbuit quibusdam reprehendendi definitionem servitutis in *§.2. I. de J. Pers.* quia servitus & dominium sunt relativè opposita: unum ergo altero non esse notius. Plura, quæ definitio poscit, Philosophis expendenda linquo, jam enim sum evagatus.



CAP. II.

Esse FOEDUS PACTUM PUBLICUM

an concordet cum L.5.ff. de Pact.

ULpianus in *l.5.ff. de Pact.* Conventionum ait, tres sunt species. 1
Aut enim ex publica causa fiunt, aut ex privata: privata, aut legitima, aut Juris Gentium. Publica conventio est, quæ fit per pacem, quotiens inter se Duces belli quædam paciscuntur. Variam 2
hic textus patitur censuram, tam quoad divisionem, quàm datam definitionem, quæ si legalis, nec fœdus, quamvis ex publicâ causâ

 nun-

nunquam non oriatur, publicave conventio Latinis propriè fœdus dicatur, secundùm Wesenb. *ad ff. Tit. de Pact. n. 4. pr.* Pacium *in Isa-*
3 *gog. eod. Tit. n. 5. pr.* publicum erit pactū. Bachov. *in Comm. ad πρῶτ. Tit. de Pact. p. 563. n. 1. & p. 683.* adductis summatim hîc obstantibus, adhibet manum correctoriam, substituendo lectionem *Russardi*. Publica conventio est, quæ fit per (Principem, aut) quoties Duces belli &c.
4 Eandem ingreditur viam Rævardus *L. 4. Varior. c. 1. pr.* Conventionum tres sunt species, aut enim ex publica causa fiunt, *aut privatâ, aut legitimâ.* Dictionem *privata* per librarium duplicatam ait, nec dubium esse, si non Tribonianum, saltem ineptum quendam interpretem ad-
5 jecisse verba, *aut Juris Gentium.* Neutrum sequor, defensurus Florentinam, cujus integritas ex tot retenta seculis plerisque omnibus probata, post Bart. Hahnius *ad Wes. ff. de I. & I. pr. p. m. 10.* unde JCto quidvis potius tentandum subnectit, quàm accedendum ad ejusmodi
6 lectionis immutationem. Quod itaque *divisionem* spectat, trimembris hæc est, si genera & species simul numerentur. Goth. *ad h. l. n. 29.* Considerato siquidem effectû, quod omnis privata conventio aut in eam, quæ Juris est Gentium, transeat, aut in legitimam, omittit Ulp. gradum privatæ conventionis; *v. Wes. c. num. 4. pr. vers. cum autem.* minimè quidem ex Dialecticorum regulis, ut fatetur ipse *Wesenb.* quæ membra dividentia non nisi admittunt opposita, Arist. *l. 10. Metaph. c.* 8. *p. 170. pr.* & immediata: nec tamen errore adeò crasso, cujus hîc Ulpianum insimulant *Hotom. Corasius* ap. Ehrenb. *l. 2. de Fœd. c. 1. p. m. 16.* cum perquam facilis harum divisionum resolutio in suas sit subdivisiones: ac partes divisionis, respectû divisi mediatas Philosophi cæteris paribus haud improbent. Quod quoque JCtus alterum membrum subdividat non oppositivè ad pactum publicum, ac si eadem huic denegaret principia, (utrumq; etenim ex Jure Gentium est & Civili,) sed quia agendi de isto non erat
7 propositum. junge Hahn. *in Obs. ad d. n. 4.* Instat *Ravard.* Ulpianum non velle conventionem privatam in legitimam distribuere & Juris Gentium, sed publicam tam esse legitimam posse, quàm esse talis potest privata. ℞. (1.) dicit, non probat, nec forsan poterit convictus textû *L. 5. & seq.* (2.) Si divinaret, quod tamen haud aliàs possibile per *l. 31. ad L. Aquil. l. 4. §. 23. de Dol. Exc.* suis se verbis jugulat. Positâ nam hâc JCti mente, malè distinguitur conventio in publicam, privatam, legitimam. Specierum siquidem una non continet alte-
8 ram, contra quod Ulpianum sic aut peccasse dicendum, aut duæ solùm erunt species. Ad dubium circa *definitionem* respondet Ehrenb. *cit. p. 16. 17.* publicæ conventionis hanc esse per exemplum;

vel

vel Pacis vocabulum sic generale, ut reliqua fœderum genera non ineptè queat complecti. Utrumque displicet; *Illud* quod nulla sit definitio, vi supradictorum, quæ per exemplum talis: *Hoc*, quod definitum & definitionem oporteat esse convertibilia. Ponamus hanc prædicandi latitudinem, non eò tamen convenienter extensum iri credo, ut præter fœdera bello finito ad pacem & pacis causâ inita, etiam quæ spectant commercium, vel eorum, qui nunquam fuerunt hostes, quale genus ipse ponit. *l.1 c.4.p.281.* eâdem includantur, contra loquendi usum. O- 9
mnis equidem *Pax*, genuino sumta sensû, est & vocari potest *Fœdus* vel simpliciter, vel cum apposito pacis. B.Dn.Schütz *v.2.J. Publ.D.13. th.1.lit.C.* Sic Porsena pacem cum Romanis, acceptis obsidibus compositam, vocat Fœdus: Si non, inquit, dedatur obses, prorupto se fœdus habiturum *ap.* Liv.*l.2.c.13.* qui ipse & pacis & fœderis nomine promiscuè utitur in recensendo. Et *Gramondus*, de pace inter Ferdinandum II. & Imperii Principes. *Tandem in fœdus conventum, cujus hæc summa fuit. Neminem &c. Pacem fore totâ Germaniâ.l.4 Hist.p.247.pr.* Sic pax inter Carolum II. Britanniæ Regem ac Batavos A. 1667. M. Jul. facta promiscuè vocatur ein Fried/ Freundschafft / Confœderation, Bündniß / ut constat ex Instrumenti prooemio: Art.1.3.5.6.8.11.23.31.36.38.in *App.3.P.15.Diar.Eur.* quale in aliis etiam usu venit. Sed omni Fœderi dare nomen Pacis, haud ratio sinit inductiva. Non enim intermediâ pace ineuntur omnia fœdera, sicut intermediis fœderibus omnis pax pangitur: quod liquidum est. Fa. hûc responsum Senatus datum Syphacis legatis. Pacem illi prius petendam à populo Rom. esse, quàm ut rex, sociusque, & amicus appelletur. ap. Liv. *l.31.c.11.* Et inconveniens censeo, quod idem *Ehrenb.* annectit, per pacis publicæ conventionem in not. l. 5. haud Pacem inter privatos excludi. Et mens & 10
verba JCti repugnant. Quamvis non negem, etiam ad privatas conventiones, transactiones, hoc pacis vocabulum, vi variæ acceptionis, de quâ *Schütz. c. l.* posse transferri. Gudelinus *C.1. de Iure Pacis.p.17.* Si legamus, *per Principem*, cum Bachovio. Vinnio *de* 11
Pact.c.2.n.1. Duareno *ad h.l.5.* Dn. Ziegler. *ad Grot. l.2.c.15.§.1.* Bernh. Schultz, *Ex.11.de Pact.Pac.th 3.in vol.2.Exerc.publ.* Fritschii, obtinebimus quidem, ut & fœdera comprehendantur publicis conventionibus, attamen parùm forsan ad sensum legis, quorsum enim sequentia: *Quoties Duces belli inter se quædam paciscuntur*, inquit *B. Dn. Strauch.* Ergone qui modo Princeps, mox belli Dux? sed toto

 cœlo

cœlo differunt, Imperator, bellive Dux & Princeps : Nec omnis conventio publica solius Principis. *Diss. Academ. Vta de Induc.*
12 *Bell.c.3.th.1.* Existimo non definitionem tradere Ulpianum, sed per exempla saltem declarare voluisse, quid per conventionem publicam intelligat : Quæ fit per pacem, primum exemplum est : quoties inter se Duces belli quædam paciscuntur, est secundum, ita interpretante Grotio *l. 2. de J.B. & P.c. 15. n. 1.* Strauch. *d. th. 1.* eoque minùs admittendam ejusmodi correctionem, quod publicas conventiones ex personis metiri, quis hinc induci posset, quas magis respectû statûs & ex causa publica æstimandas censeo cum Rosello *de J. Publ. §. 50. in v.s. Dispp Basil.*

13 Cæterùm cum belli Ducibus hîc circa summa, veluti fœdera, uti explicat Franzk. *Comm.ad ff.de pact.n. 20.* potestas quædam tribuatur, quorum administratio sòlùm est eorum, quæ bellum concernunt, ut ait Bachov. *p.684.* hô c ipso principiis civilis doctrinæ repugnari idem videtur insurgere, an benè; infrà in Cap. VIII. disputabimus : neque enim hîc de Jure personarum quæstio, sed quæ diversi Juris esse possit causa.



CAP. III.

FOEDERA commendantur, & quæ legitima sint disquiritur.

1 Licet juxta *Isocratem* optimum sit & firmissimum fœdus, RECTE FACERE talibus enim DEUM esse confœderatum. Hinc Fur. Camillus ad Senatum. *Invenietis omnia prospere evenisse sequentibus Deos : Adversa spernentibus* Liv. *l. 5. c. 51.* Alex. M. ap. Curt. *DII pro meliore stant causâ. l. 4. c. 1. pr.* Plaut. *Sat habet fautorum semper, qui Rectè facit.*
2 Non tamen spernenda ob hoc arbitror media, quæ nec Altissimum improbat Numen, nec natura, nec Jus; ratio
3 Statûs sæpe pernecessaria suadet. Humanarum rerum cursus veluti reciprocus quidam æstus dum sursum deorsum omnia vertit ac volvit, & multa quæ rectè constituta in pejus commutat, ut *in proœm. Nov.* Leo loquitur, non nunquam hinc benè licet agentibus, quæ natura voluit & ratio credebat prodesse, malè cedunt pressis potentiâ majorum, *rectum sciendo facere* tamen qui nolunt, aut negligunt, quod à Spartanis Atheniensibus objectum, testibus Val.M. *l. 4. c. 5. fi.* Cic. *de Senect. c. 18.* Qui sciunt posse, quod posse

non

non debent, juxta *l.15 ff. de Cond. Inst.* Sic improbam conditionem rerum ipsam sæpe naturæ vim opprimere, & potentiorum arma minorum vires illudere, ecquis non videat? Imò quod plus est, jam olim semper sic comparatum fuit, ut potentior imbecilliorem coerceat, ac existimatum humanæ naturæ conveniens quodammodo, vi quid tentare, etsi id cum injuriâ alterius sit conjunctum, ut ex *Thucyd.* & *Dione* refert Ehrenb. *de Fœd. l.1. c.1. p.* 42. Hinc *Brennus* barbarus interrogantibus Romanorum legatis, quâ ratione Clusium Hetruriæ Urbem obsidione premeret? Jure, *inquit*, naturali hoc facio, quô qui minus fortis potentiori cedere jubetur, Id. Ehrenb. & Fesch. *de Fœd. th 1. lit. G.* Nec arbitror primordio respondere 4
eventum. *Principatus* enim, inquit Hyamsbe, *conditos scimus, ut vi sublatâ, quæ omnia ad potentiores trahebat, ex natura & rationis imperio agantur res humanæ* ap. Barcl. *Argen. l.4. c.18.* Sed fortuna varia est; sed tempus; sed homines. Ex Achæorum regimine 5
saluberrimum igitur quærendum remedium, singulorum sc. pericula mutuis viribus propulsare, Justin. *l.34 Hist.* Qui enim viribus valet, si cum altero, qui similiter viribus valet, communicet, longè præstantiores & utiliores ejus erunt vires. *Nov. L.*102. His consociatis perfici poterit defensio corporis, vitæ, bonorum, aliàs insufficiens. *Quo alio tutissimus*, inquit, *Seneca, quàm quod mutuis juvamur officiis? Hôc uno instructior vita, contraque incursiones subitas munitior est beneficiorum commercio. Fac nos singulos: quid sumus? præda animalium & victima, ac vilissimus & facillimus sanguis. Hominem nudum & infirmum societas munit. l.4. de Benef. c.* 18. Ipsa natura inter vi- 6
ventia mutuum quasi nectit adjutorium, suique ipsius conservationem hôc vinculo ab interitu vindicat. Quo magis se conjungunt, eò firmius fit vinculum, eoque tutius. Amia, imbecille aliàs animal Delphini impetum frangit & robur, auxilio aliarum tenaciter amantium societatem: majores circumvallant minores, ne dilabantur. Franzius *Hist. Animal, P.3. c.4.* Aves aquaticæ, ne rapiantur à Morphnone gregatim natando respersû pinnarum hostem obcœcant, Zincgreff. *Embl.33* Apuæ, pisciculi tenuissimi, è providæ naturæ instinctû semper confertim incedere solent, ut à majori aliquo pisce infestatæ, mutuam sibi opem ac securitatem queant præstare, Picinell. *Mund. symbol. L.6. c.5. n.29.* Sic reddit conjunctio tutos. Sed quænam major poterit esse conjunctio nisi per fœdera? 7
Hæc siquidem faciunt de duobus unum, quoad mutuam defensionem, duo quasi corpora uno conjungunt spiritû, ut sit idem ipsis

Velle, idem Nolle, una Salus. Ehrenb. *d. c. 1. p. 45. & c. 2. p. 106. 107.* Mantica *de Tac. & A. C. L. 27. T. 7. n. 3.* Laudens *de Confœd. q. 26. in V. 16. Tr. Tract.* Rusenth *Syn. F. c. 10. concl. 20. n. 18. lit. U. p. m. 83.* Schrad. *Tr. Feud. p. 9. c. 4. n. 9. 10. 14.*

8 Est quidem omnium hominum mutua naturâ consociatio & fœdus quoddam naturale, ex quo omnem penè fœderum vim rejicit Th. Morus *L. 2. Utopia Tit. de Serv. p. m. 209.* *Quorsum fœdus*, inquit, *quasi non hominem homini satis naturâ*

9 *conciliet? quam qui contempserit, hunc verba curaturum putas?* Verùm illâ Juris naturalis Regulâ, *Nefas esse alterũ ab altero lædi ob naturalem quandam inter homines cognationẽ l. 3. de J. & J.* malis moribus obliteratâ, dum cœpit haberi pro licito, imbecilliorem opprimere, latrocinari & prædas agere in externos bello non indicto. v. Grot. *l. 2. de J. B. & P. c. 15. §. 5.* certè hoc depravato statu, quô, juxtà *Sen.* ab homine homini quotidianũ periculum. Nullũ malũ frequentius, nullum pertinacius, nullum blandius. Quo hominum effigies animos ferarum habent: & homini perdere hominem libet. *L. 1. Epist. 103.* ad alios nexus aliaque remedia fuit recurrendum, quibus pravæ actiones, consilia callida, & conatus nefarii improborum adversariorum destruuntur, evertuntur, ac in nihilum rediguntur.

10 Quid aliud sunt fœdera? Fœdera solidam præstant concordiam, quæ ubi perpetua, ibi crescit imperium. Græciæ civitates hoc suo testantur fato, qui ortâ dissensione, imperare dum singulæ cupiunt, imperium omnes perdunt. Just. *l. 8. Hist. pr.* de Britannis Tac. *Nec aliud adversus validissimas gentes pro nobis utilius, quàm quod in commune non consulunt. Rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus: ita dum singuli pugnant universi vincuntur. In V. Agric. c. 12. n. 2. 3.* Idem doiis retulit. Al. ab Alex. *Gen. Dier. l 5. c. 7. fi. v.* disputantes contra *Morum* B. Dn. Schütz *V. 2 J. P. D. 12. th. 6. lit. B.* Ehrenb. *l. 1. c. 2. p. 176-178.* qui hôc & præc. cap. per tot. de fœderum virtute, efficaciâ, utilitate, necessitate, cautelis & licentiâ in contrahendo omni jure probatâ, adductis variis exemplis, clarè differit, quò me remitto, contentus hoc ad-

11 didisse, arcũ JEHOVÆ, velut fœderum Auctoris, illorum optimè probari licentiam. Justitiam justè initorum Justissimi in fœdifragos evincere sanctionem *Ezech. 17. v. 15. 16. Jer. 34. v. 18.*

12 Quemadmodum verò quid in se & actũ signato consideratum, justum laudabile & licitum, accedentibus circumstantiis vel quoad individua aliquid veneni attrahere potest; brevibus libet attingere, quomodo & ex quibus FOEDERA concretivè dicantur legitima.

Quivis

Quivis actus perficiendus formaliter prærequirit tria, Covarruv. *de Testam.c.10.n.13.Tom.1.*Menochius *L.1.Præsumt.q.80.n.11.* Reink. *l.3.cl.1.c.2.n.* 21. 22. Hector. Capyc. Latro *Consult. Jur.* 81. *n.*26. Jac. Thoming. *V.1.Cons.*8.*n.*28.Hartm.Pistoris *L.4. Q. Jur.9.n.84.c.23. X.de Off.& pot.deleg l.6.ff.C.si quis alteri.l.26.C.de jure Dot.*(1) Facientis potestatem, sine quâ ad actum nihil deducitur. (2.) Voluntatem, per quam consensus perficitur, & (3) honestam seu justam causam ac formam, sine quâ in finem nihil dirigitur. Quorum uno tanquam formali & qualificante actum deficiente, irritus hic est & inanis.*arg Auth.* Offeratur *C.de lit.contest.l.5..C.de LL.l.12.C.de Testam. l 4.§.6 ff.de Re jud.*cum simil.Gail.1.*O.1.n.* 136 & *O.*124. Klock,*v.*3. *cons.*113.*n.*64. Nec enim forma patitur divisionem aliàs individua 14
*l.*80.§.1.*ad L.Falcid.*Reink *de Retractû.Qu.*7.*n.*302. Gail.2. *O.*19. *n* 17. nec rei entitas, mutilatâ hâc, ejus constitutivo, durabilis est aut in esse deducibilis *l.9.§.3.ad Exhib.l.*8 §.2 *de B P.contra tab.l.6.§.1.de Aur.*Covarruv.*ad c.quamvis.2.de Pact.in 6.p.2.§.6.n.*4. hæc ideo quoad unguem servanda. V. Everh. *Loc. à def. formæ.* 10. quia quoad formalia actu in unâ parte individuâ vitiato, vitiatur totum Reink *d Tr.q* 4.*n.*16.Klock.*v.3.Cons.*153 *n.*264.quod verò nullum est, actûs nomen non meretur §.7.*J.q.m.test. infirm.l.6.ff q.satisd.cogi l.3.C.de sent.ex brevic.l.5.quom & quando Iudex* Menoch.*l.4.Præs.*10. *n.*21.& parificantur actus nullus & non factus *l.* 8. §.8. *ad SCt. Vell.* & ibi Goth.*l.2.de Auth.Tut* Klock.*v.3.Cons.*136.*n.*32. Ergo fœ- 15
dera ut valida sint & legitima, non sufficit ad publicam mutuamve salutem inita esse. Ut obligent, non quodvis pactum: non pacti formula conventa, ratificata, probata: Sed *persona* Juris ejus capax; sed *voluntas* solenniter & debito modo declarata; sed justa legibus conformis *causa*, nisi adsint, nisi mutuò sibi respondeant, inefficacia, nulla penitus erunt, & pro non initis. De singulis in hôc Discursû agam: de *Personis* primùm, quia non ante Juris, quàm illarum quærenda ratio est. *l.4 ff.de Testam.l.14.ff.de l. Codic.l.*24. *C.de Proc.*Sichard.*ad Rub.C.qui test.n.*1.Mevius. *p.5.Dec.*266.*n.*4. & quia defectus ex harum incapacitate desurgens ac inhabilitate, magnus, potens & major reputatur quàm defectus Juris. Klock. *v.*3. 16
*cons.*153.*n.*109. Ut hoc claudam caput, quæro præliminariter, quem oporteat esse personatum statum, ex quo reddantur compotes *Juris Fœderum.* Esse hoc majestaticum & de potioribus Regalibus unanimiter Dd. adstruunt. B. Dn. Schutz.*V.2.l.* P. *d.*12.*th.*2.*lit. F* Carpzov.*ad L.Reg.c.6.Sect* 1.*n.*1.4 Sixtin.*de Regal l.1.c.2.n.* 11.& *l* 2. *c.1.n.*29.Van der Graef. *de Regal.c.25.n.14.-17.& c.56.n.12.*Ehrenb.

l.1.c.2.p.109.Rumelin.ad A.B.P.2.Diss.4.th.34.Myler.deStat.J.c.17. §.4. adeoque Immediatos solùm eô frui posse jure, rationis est certissimæ, cum contradictionem sapiat, esse de Territorio, & prædictum effectû, causâ sublimis cujusdam potestatis: fa. huc Cap. Leop. A.3.vers. und keinem Churfürsten: simulque necessariæ, cum fœdera ad mutuam defensionem regionis, juris & incolumitatis publicæ ineantur: Sed Mediatorum nec regio est, nec hinc in ejus incolumitatem dispositio; verùm subjectio, obedientia ad Superioris arbitrium deserviendi publico ordinata, de quo ulteriora rejicio ad cap. IX.

CAP. IV.

De ÆTATE ad ineunda fœdera habili, legitima, inq́; variis negotiis semper exacta.

1 ÆTas in fœdus euntium an & quæ consideranda, meretur examinari, maximè cum Minorennitatis exceptio circa actuum 2 validitatem Juri nostro solennis semper fuerit. Post annû hinc 25tum tutò contrahebatur cum his, quibus administrationem rerum liberrimam LLatores nec ante concedebant. pr. J. de Cur. l. 1. §. 3. de Min. quod tamen generaliter hypotheticè potius, quàm absolutæ necessitatis ratione intelligendû censeo, vi antiquatæ legis Lætoriæ, cum Dn. Struv. Synt. J.C. & in Evol. Ex. 31. th. 7. Strauch. Diss. Just. 5. Aph. 33. pr. Meier. C. J. A. de Tut. & Cur. dat. §. 17. Bach. ad pr. J. de Cur. & ad Tr. v. 2. d. 8. th. 8. lit. A. Hill. ad Don. l. 3. c. 18. lit. E. Eckholt. §. 9. n. 5. ff. de Tut. Schutz. ad Inst. D. 4 th. 20, Ant. Dad. Alteserra JCt. Tolosan. in Encycl. Inst. ad d. pr p. 70. Ed. Paris. 1666. Vinn. ad §. 2. l. de Cur. n. 1. Dessel ad Zoes. d. §. 2. n. 3. contra Wissenb. v. 1. d. ff. 50. th. 22. cujus sententia, utut non legibus, (v. 18. fallentias ap. Schrader. in Tr. Feud p. 10. S. 19. à n. 174. usque n. 249.) moribus tamen firmatur & sanctionibus Caroli V. de Anno. 1548. ac Rudolphi II. de Anno 1577. Tit. von den Pupillen. & quod tutela hodiè cum curâ regulariter cohæreat, prout testantur & probant Gail. 2. Obs. 96. per tot. Carpzov. J. For. P. 2. C. 11. def. 10. Schultz. ad l. q m. tut. fin. lit. A. Mev. ad Ius Lub. L. 1. T. 7. artic. 1. n. 13. 14. de Galliâ Faber. l. 5. Cod. Sab. T. 29 Def. 2. n. 3. & Belgio Vinn. in Comm. ad J. all. Tit. n. 4. Videbatur 3 quoque tunc temporis robustæ quis, justæ & legitimæ, statæ, perfectæ ac firmatæ ætatis, h. e. statum implevisse. l. 2. ff. de Vac. mun. l. 16.

de J.

de J. Fisci.l.15.§.6.ad L. J. de Adult. L.77.§.14. de Leg.2.l.50.§.6. de Leg.3.l.32. de Tut. test.l.4. de Tut. leg.l.19. de Minor.l.5. C. q. de. leg. l.5. C. in quib. c. in int. Hill. ad Don. *l.21.c.7 lit. A.* completo jam crescendi fine & virili vigore *l.1.§.2.ff. de Min.* Nec sexûs qualitas hîc attendebatur *pr. J. de Cur.* 4
fœminis aliàs imbecillioris Judicii, fragilis instabilisque naturæ existentibus. Virg. - - - Varium & mutabile semper Fœmina - - *l.4. Æneid. vers.569.*
Arist. *Fœmina habet quidem consultandi facultatem, sed irritam & imbecillam: Puer imperfectam L.1. de Republ.c.13.p.21.* & consilii adversus propria commoda plerumque laborantis. *l.2.§. 2. ad SCt. Vell. l.4. C. de Sponsl. l. un. §.15. C. de R.V. Act. c. de Viduis, 42. C.27.q.1. v.* Men. *l.6. Præs.37.n.42-47.* ob quod olim in perpetua erant cura ex L. Claudiâ *Ulp.t.11.§.8.* hinc Cic. *in Or. pro L. Murenâ.c.12. Mulieres omnes propter infirmitatem consilii majores in tutorum potestate esse voluerunt.* Quamvis post, hâc à Constantino sublatâ *l.3. C. de legit. Tut.* tutela citiùs eædem liberat *x pr. J. q. m. t. fi. l.2 de V. & P.S. l.3. C. quando Tut. esse des.* cum generationis vis citius in fœminis quàm maribus incipiat, definitis propter nuptias maximè pubertatis annis. Vinn. *ad d. pr. J. n.3.* Carpzov. *J. Consist. l.2. def.12.n.22.* Nec forsan ultrà votum fœmineum Nuptiis enim, ut ait. Id. *Tr. de J. Fœm. sing Dec.1. Pos.1.n.1* puellæ ut plurimum delectantur, nunquam non annos & dies numerantes, usque dum ad legitimam nubendi ætatem pervenerint. Harum hinc nuptias differri tamdiu ac masculorum absque periculo haud posse, testatur ex Cypræo *de Sponsal.c.7.§.14.* in J. Consist. *l.2. def.49.n 2.* 5

His annis minor ad honores publicos aut Reip. gubernacula non admittebatur, *l.8. de Muner. l.2. de Jur Immun. l.2. pr. de Vac mun.* quod ap. Venetos in magno Consilio servari testatur Klock. *de Contrib.c.6.n.50.* limitat tamen Zeiler. *Itin. Ital.c.1.p.m.21.fi.* non Decurio, nisi nominetenus poterat fieri. *l.6.§. 1. l.11. de Decur. l.8. quando prov.* non Assessor. Men. *l 2. de Arb. Jud. Cas.253.n.8.* nec Archigrammateus Myler. *de Stat. Imp.c.61.§.3.* nec Commissarius. *v.* Rulandum *de Commiss. P.1.l.1.c.12.n.1-9.* 6

Quoad dignitates Ecclesiasticas incapax hic quoque fuit addiscendi sacerdotii, secundum ordinationem divinâ, *Num. 8. v. 24. v.* Clem. Generalem *3. de Æt. & qual. & ordin.c.5. dist.27.c.5.c.6.c.7. dist. 77.c. 7. §. inferiora x. de Elect.* nam ad docendum non nisi tricenarium fuisse admissum constat ex *Num.4. vers.3.* quos tx. Obst. aliàs ita conciliat Matth. Polus *Syn. Crit. ad Num. 4. vers. 3. & 1. Par. 24. vers. 24.* Hodiernam tamen ejus inobservantiam probat experientia, quamvis hanc in Episcopo attendi ætatem velint constitutio concilii Latera-

nensis in *c.7.x.de Elect.*& *Nov. 137.c.2.* Nam quia cuncti Ecclesiastici morum nobilitate innotescere debent & literarum scientiâ *c.3. x. de Æt & qual.c.3 dist.40.v.*Carpz.*L.1.J.Conf.def.*61.62 quibus minor plerumque destituitur.*d.c.*7.multò fortius hoc in Episcopo considerandum, qui ἀπὸ τὸ ἐπισκοπεῖν ab inspiciendo seu speculando ita dictus, & ad curam aliorum positus in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo DEI oporteat conversari *d c.*7. cujus tamen fallentiã ponit pontificius Gobatus *Experim. Theol. Tr.* 8. *Cas.*13.*S.*1.*n.*511. in summo sc.Pontifice ætatem, ad eligendum, certam à Jure non esse determinatam. Canon est Judæorum ap. *Maimon. Non constituunt Synagogæ Ministrum, nisi eum qui reliquos omnes in cœtu superat sapientiâ & bonis factis*, refert Pol. *Syn. Crit. ad* 1.*Tim.* 3. *vers.* 2. *n.* 60. Et Coadjutoris Episcopi in temporalibus ætatem 25. annorum requirunt Canonistæ. Nic. de Remouchamps *Syn. de Coadjutor*: *c.*7.*n* 7 & *c.*8.*n* 7. Speidel. *Spec. J.P.Hist.verb. Coadjut.p.*216.

7 Nec Gradus Academicos ante hanc ætatem deferri posse volunt nonnulli, quod quidem concederem, ubi certus annorum numerus tantus studiis deputatur, uti in Anglia, in qua Doctoratûs dignitas nemini confertur, nisi per 14. annos literis sedulò operam navaverit, teste post Marstaller. Rod.Goth.Knichen *Op.Pol. l.2.*P.2. *S.2.c.2 th.21.p.*1068.*lit. A.* Aliàs non probo, (uti nec sententiam Menochii *l.2 de Arb.Jud.Cas.*540.*n.9.* post alios statuentis, in Rectore universitatis 20. annos requiri: intellige de Jure communi. Nam si quid Statutis Academ.heîc cautum, ut in nostra Ludoviciana *Tit.*13.§.2. ibi *Rector non sit minor 25.annis*, ceu speciale, Jure valet.) Non in Academiis longum vixisse, sed bene vixisse considerandum. Fa.huc.*c Gloria.* 71.*fi.c.*12. *q.* 2. Nervam annorum 17. de Jure respondisse, notant Jura *l.*1.§.3 *de Postul.l.*91.*de V.O.* de Bartolo & Baldo idem ex Angelo refert Arumæus *v.* 1. *J.P D.*32.*th.*141. & de se ipso Mynsinger.*l.*4.*Obs.*92. scribit, publicè se docuisse anno ætatis suæ 21. Sapere omnibus non eâdem contingit ætate. Longa enim inter homines est differentia & ingenii, naturæ, doctrinæ, institutionis & nationis.*l.*31 *ff.de Solut.l.*26.§.12.*de Cond.ind.l.*31.§.21.*de Æd. Ed. l.*12.*de leg.*3.quò alludit Carpz.*p.*2 *C.*11. *def.*9.*n.*2.in terris Saxon. aliquantò maturius sapere homines, inde anno 21mo completo esse majores: quod tamen suspectum non immeritò ait Eckh. §. 9. *ff. de Tut.* Sufficere autem annum ætatis 17. completum ad consequendam lauream Doctoralem ajunt Menoch.*d. L.*2. *Cas.* 427.*n.* 18. Fr.Marci *Decis.Parlam.Delphin.*P.1.*Q.*629.*n.*8 Besoldus *in Th.PP.verb.Doctor*

Herm.

Herm. Hermes *Fascic. J. P. c.* 37. *n.* 182. ubi Bononiæ ad lecturam neminem admitti refert ante ætatem 25. ann. *Jac. Benius* tamen omnem ætatem datâ scientiâ sufficientem putat ad gradum. *lib. de Privileg. JCtorum. Privil.* 64. *n.* 15. *p. m.* 131. *v.* Limn. *L.* 8. *J. P. c.* 8. *n.* 65-74.

Hinc licet colligere, Illustrium in hac ætate FOEDERA validâ 8
non esse, negato adhuc exercitio supremæ Jurisdictiois, cujus ut totius partem inprimis constituit Jus ista contrahendi. Quo sensu *Grot.* Regis esse, *ait*, pactiones inire, quæ bellum finiant, modò is Rex etiam Jus habeat non impeditum, nam qui ejus ætatis est, quæ judicii maturitatem non habet, pacem facere non potest. *de J. B. & P. l.* 3. *c.* 20. §. 2. Juri etenim & rationi consonum omninò vide- 9
tur, Sceptra Imperii, legitimo hôc tempore nisi completo, nemini concredere, eò magis, quod & salutem & pericula plurium hæc secum trahere soleant: & communis Dd. sententia *d.* §. 1. *J. de Cur.* ad privatos restringens, Principibus etiam invitis Curatores adjungengendos esse tradat, attestantibus post. alleg. Merckelb. *ap.* Klock. *v.* 1. *consl.* 6. *n.* 21; Cothm. *v.* 1. *Resp.* 42. *n.* 46. & *v.* 3. *Resp.* 42 *n.* 23. Schradero *Tr. Feud P.* 10. *S.* 19. *n.* 209. Mevio *ad J. Lub. l.* 1. *T.* 7. *art.* 6. *n.* 8. *v.* Thuan. *l.* 23. *Hist. p.* 463. 464. Principes siquidem sunt instrumenta felicita- 10
tis politicæ & publicæ salutis. Illorum salus, salus populi *l.* 1. *C. de Veteran.* 12. 47. utriusque adeò connexa beatitudo, ut nec Respubl. sine Principe, nec hic absque Rep. fruantur istâ; quod egregiè firmant verba Tiberii ad filios Germanici ap. Tacitum *Ita nati estis, ut bona malaque vestra ad Remp. pertineant. l.* 4. *Ann. c.* 8 *in fi.* Quod sol in mundo, quod animus in homine, quod oculus in corpore, id in Republ. Princeps Gail. 1. *de PP. c.* 3. *n.* 12. Alexandro defuncto exercitus similis est Cyclopi excæcato, ait hinc Demades ap. Plutarch. Erasmus *Apopht. l.* 6. *in Plut.* & Perdicca ad milites: *Illud scire debetis, militarem sine Duce turbam corpus esse sine spiritu.* Curt. *l.* 10 *c.* 6. *pr.*
Juvenile autem secundum Sen. *vitium est, regere non posse Imperium* 11
Knipschild *de Civit. Imp. l.* 2 *c.* 8. *n.* 98. quod testantur gesta Hieronymi Siracusanorum Regis ap. Liv. *l.* 24. *c.* 4-7. *l.* 26. *c.* 30. *pr.* & Phaetontis ruinâ repræsentatur ab. Ovid. *l.* 2. *Metamorph* Nec quid difficilius, quàm in hac (Juvenili) ætate tantam capere fortunam, scribit Darius ad Alex. M. ap. Curt. *l.* 4. *c.* 5. *pr.* &, ut decet, *bene imperare*, secundum Diocletianum, referente. Fl. Vopisco *in Aurel. p. m.* 122. quod expressuri, *Qui inter alios*, inquiunt, *regnum exercere vult, debet esse tanquam DEUS inter homines.* Cyrus. *Nemo debet suscipere Principatum, nisi melior his, in quos susciperet ap.* Erasm. *Apopht. l.* 5. *p m.* 293.

Tiberius ap. *Tac.* differit, experiendo se didicisse, ***quam arduam, quam subjectum fortunæ, regendi cuncta onus.*** *L* 1. *Annal. c.* 11. Cui dum impar sic Juventus est, imperandi prudentiâ destituta, non mirum si, quod testatur Guevara *in Horolog. Princ. l.* 1. *c.* 25. *p. m.* 96. ingentes hoc casu calamitates regna soleant perpeti. Romæ sub quâdam porticû, ubi militibus veteranis, ac de republ. benè meritis annona distribui erat solita, olim hoc legebatur carmen, literis descriptum aureis

Roma vetus, Veteres cum te rexere Quirites,
Nec bonus immunis, nec malus ullus erat.
Defunctis patribus successit prava Juventus,
Consilio cujus præcipitata ruis.

Chassanæ. *Catal. Glor. Mundi* P. 7. *Consid.* 13. & P. 10. *Consid.* 19. Ut hinc Hebræi Juvenum consilia non malè inter quatuor, quæ homini *Mala*, Senum è contra inter quatuor ejus ***commoda*** numerent, referunt Polus *Syn. Crit. ad* 1. *Reg.* 12. *vers.* 8. *n.* 60. Picinell. ***Mund. Symbol.*** *l.* 3. *c.* 110. *n.* 321.

12 Quamvis autem arbitrio Magnatum terminus hic Juris communis augeri possit aut minui: Limn. *l.* 3. *c.* 7. *n.* 38. Mev. *all. art.* 6. *n.* 4. & aliquibus in regnis hoc jam lege sit definitum, v. Myler. *Etol. c.* 2. §. 4. 5. 6. & *c.* 3 §. 9. alibi probabilibus conjecturis æstimandum censeat Grot. *d. c.* §. 3 non tamen talem ex indulgentia vel alio modo majorem factum ad honores & publica officia admitti posse videtur. Sicut & reverâ non admittendum regulariter probat Myler. *c.* 7. *Etol.* §. 5. 6. 7. deficiente scilicet nihilominus scientiâ & consilii ac mentis maturitate. Quare vigor Juris communis adhuc subsistet: Quo

13 & vivunt Imperii Rom. Germanici Principes & vivere debent; Imperatorem ut Dominum agnoscentes, salvâ prærogativâ & privilegio Electorum ex *A B. c.* 7. quod ut singulare & contra Jus commune strictissimè intelligendum ***arg. l.* 14. *ff. de LL. l.* 1 §. 2. *de Const. Princ.*** *l.* 13. ***de Muner.*** Limn. *all. c.* 7. *n.* 40-45. Hermes *Fascic. I. P. o.* 18. *n.* 46. Dn. Schutz *V.* 1. *I. P. d.* 7. *th.* 16. *lit. B.* Rumelin. *ad A. B. P.* 1. *Diss.* 7. *th.* 10. Anth. Colerus *de Iure Imp. Germ. S.* 65. *in vol.* 4. *Disp. Basil.* Bach. *ad Tr. vn. d.* 8. *th.* 7. *lit. D.* Otto *I. P. c.* 17. *p m.* 582. Nec enim sunt privilegia sine virtute operandi *c.* 10. *de Privil. in* 6. Nec ex rationis identitate vel majoritate hæc licet extendere, *c.* 9. *x. de Privil.* quorum efficacia in voluntate concedentis solùm est posita, Zoesius ***ad ff. de Const. Princ. n.*** 21. 22. Strauch. *Diss. Justin.* 1. *Aph.* 15. Nec personalia

14 suum egrediuntur individuum *l.* 2. *C. de LL.* Gentilitio interim & personali

ſonali privilegio ſpecialiter dandum, non juri, ut opinantur quidam, *arg. 2. F. 53. pr.* ſi anno 18vo vel 20mo regiminis quis fiat compos, cujus termino tamen ex diſpoſitione *L. 2. C. qui ven. at.* ceu juris poſitivi Imperialis Majeſtas non eſt adſtricta *arg. l. 3. §. 5. de Sep. viol. N. 105. c. 2. §. 4.* Cothm. *v. 3. Reſp. 42. n. 51-54.* Stamler. *de Reſerv. Imp. §. 57. n. 15. in fi.* quod per exempla declarat Limn. *l. 2. J. P. c. 9. n. 150. & T. 4. in Add. ad h. n.* latè per rationes dubitandi ac decidendi Myler. *in Etol. c. 4. n. 5-9.* Nec officit incompleta ætas legitimæque defectus, quem generoſa & optima indoles ſupplet, aliorumque ſuperat Heroicum ingenium, moribus & virtutibus Illuſtrium virorum illuſtris educatio. 15
Neſcis, inquit MARIA Medicæa ad Condæū, *Principum ſupra reliquos mortales eſſe ut natales, ita & vitæ rationem? Neſcis minimè ſpectandos annos Regum, ubi populi ſalus verſatur? Magnates eſſe, recens natos, rationis capaces ubi infantiam exuunt: Senes, h. e. plene ſapientes, ubi primum adoleverint? diſtribuente quaſi per miraculum DEO præcociter Heroicis animis, quod acquirunt viles in tempore.* ap. Gramond. *l. 1. Hiſt. p. 43. fi.* hinc Ovid.

Parcite natales timidi numerare Deorum,
Cæſaribus virtus contigit ante diem.
Ingenium cœleſte ſuis velocius annis
Surgit; & ignavæ fert malè damna moræ.

l. 1. de Arte Am. verſ. 183-186. Et *Poëta*:

Fortes creantur fortibus, & bonis.
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam. *l. 4. Od. 4.*

Plures itidem conſilio & rerum prudentiâ commendatiſſimi circa latus Principis agunt, *l. 30. pr. de Exc. Tut.* tutelari aliàs longiori regimine motus cientc & turbas in animis plerumque ad vicariam contumacibus poteſtatem. Quin minus damnum Regno fieri, ſi Rex quantumvis juvenis regnaret abſque tutoribus, ſcribit Alphonſ. de Azevedo *in Conſt. Hiſpan.* & ex eo Merk. *d. n. 213.* Sanè Adoleſcentiam ſimpliciter inidoneam ad publica eſſe munera aut Reip. gubernacula, hanc ubique falli & hallucinari; è contra Seniores de omnibus rectè judicare, quod omnia benè ſemper agant, ſtatuere, de his generale haud erit, iſti injurioſum forſan. Si tamen ex vero quis aliter cenſeat, non ætatis, ſed hominum hic abutentium fuere vitia. Probant exempla M. Valerii cognomine Corvi, Scipionis Africani, C. Cæſaris, Cn. Pompeji, Cæſ. Octaviani, qui admodum juvenes ante 16

annos partim Consules ob præclaram virtutem facti, & adepti sunt Imperii summam, partim res maximas gesserunt in civilibus aliisve bellis. Liv. *l.7.c.26 l.21.c.46. & 22.c.53 Epit.l. 89. & 119.* Tac. *l.13. Annal. c.6.* aliorumque, esse etiam in minorennitate, quibus Imperium tutò tradatur, qui tempora præveniunt meritis, & quod deest ætati, compensent virtutibus.

17 Minorem igitur ætatem, ut ad scopum tendam, Fœderum pactioni impedimento non esse quis ambiget? Nam ætas est perfecta, ubi virtus perfecta; virtutisque cursum celeriorem quàm ætatis, cujus progressum ab excellenti eximiâque virtute non expectandum esse, exemplo Cæsaris docemur à Cic. *Philipp.5.dec.17.* & uti de Æmilio Lepido pronunciat *Val.Max.* perquam iniquum est, nondum videri tempestivum, qui jam virtuti maturus fuit. *l.3.c.1.Exempl. 1.* Nec minor, cui rerum indulgentur gubernacula & sceptra, *arg.l.3. de off. Præt.* hinc Galli: *Les Dieux & les Rois ne sont jamais enfans.* Speidel. *in spec.I. P. H. verb.* Vormünder *p. 1329.* & cui certa quoad hoc definita ætas, ut in Galliæ & Lusitaniæ regnis annus 14tus. Limn. *l.2.J.P.c.2.n.76.77.* à qua ætate eôdem hujus seculi anno Ludov. XIII. Jus Gallis reddere cœpisse tradit Gramondus *l. 1. Hist. ad ann.1614.p.56. qui à p.52.* solennia in declarata ejus majoritate recenset. In Hispania vicennium: in Suecia annus 18vus. Limn. *l.3.c.7.n.38.* (Reges tamen ante 25. annum plenum administrandi Jus non capessere ait *Sprenger* in Luc. St.p.152.) Eundem in Electoribus nostris completum exigit A. B. c. 7. ita interpretantibus communi-
18 ter Publicistis. Annon in Serenissimis Saxon. Ducibus ad horum
Q. Juris normam annus 21mus habendus sit pro legitimo Q. Ita videtur Dn. Schutz *c.l.B.* ubi præjudicia. Favet sententiæ, quod simultaneam investituram Jure hoc Saxonico ad effectum successionis collateralium in quovis privato feudo necessariam. Carpz. *p.2 C.45.d.13.* Id. *Decis.169.n.1.5.* Berlich. *P.2.Concl.PP.53.n.16.et seqq.* Struv. *J.Feud.c.9. A.15.* Gail. *2.O.151.n.5. latè.* Hartm. Pistoris *l.2.Qu.Jur.19.n.41.42.53. usq. ad fi. & in pr.n.89.* etiam in Jmperialibus Feudis hi Duces observent attestantibus Koppen. *q.47.n.2.* Wes. *de Feud. c.8.* Mod. Pistoris *v.2. conf. 40.n.20.* alleg. à Dn. Schütz.

19. Sed quid si Rex vel Princeps adhuc intra tutelam & ejus est æ-
Q. tatis, quæ, ut loquitur *Paul.* in *l.9. de A.Her.* nec scire potest, nec decernere? Tutores & curatores liberam habere potestatem regnandi, & administrationem in Regno vel Principatu, non tantum quoad bona, sed etiam quoad regaliarum exercitium, ita ut omnia possit

facere,

facere, quæ Princeps ipse, ait Myler. *Etol.c.3.ǁ.1.2.in seqq.per varias illationes hoc deducens.* Quidni ergo & Fœdera inire poterunt validè? Sic Fœdus cum Rege Galliæ à Regni Sueciæ Tutoribus nomine Regis minorennis ictum A. 1672. Sic pax Bremens. ejus nomine confecta A. 1666. & Pax Olivica. A. 1660. *Art.34.* ibi. *Srmus Rex Sueciæ solenni instrumento hæc pacta nomine suo & Regni Sueciæ per subscriptionem Srmæ Reginæ, Matris suæ, & Dominorum Regni Sueciæ Administratorum in forma conventa rata habeat.* Pax inter Hispanos Gallos ac Lusitanos nomine Regis Hisp. impuberis per Matrem Reginam & Consiliarios statûs perfecta. A. 1668. Pro normâ tamen hîc Regni cujusvis LL. meritò servandæ, & tutius contrahere volenti erit consultum, ut & fidem à majorenne interponendam, statim stipuletur. Quod jam olim observavit Jacobus VI. *Per ea tempora,* inquit Gramond. *novo sacramento renovatur Fœdus Gallos inter & Anglos. Fine Anni M.DC.X. Legatus Galliæ fidem jurejurando adegerat Britanno Regi, futurum & à Ludovico pubere, firmarentur Fœdera pacta ab Impubere. l.5. Hist. ad A.1620. p. 274. fi.*



CAP. V.

Jura in Imperii Fœderibus IMPERATORIS quæ sint, quæ STATUUM, & de forma pangendorum ut à Regionum Dominis.

IN Imperio nostro Rom. Germanico FOEDERA ineuntur aut totius Imperii nomine, aut quorundam aut alterius ejus membrorum. 1
Pro diversitate respectûs diversa hîc connotatur forma, ac in pangẽdo modus: inde Jus ad Fœdera haud æquale. Illud in iis, quæ panguntur super negotiis Imperii, ceu corporis, quod hodiè & quale sit Capitis, i. e. Sacræ Cæs. Majestatis; quod & quale membrorũ, i.e. Eminentissimorum Statuum, prima erit consideratio. Non finit disceptationem expressa constitutionum Imp. dispositio, aut dubitare, ubi 2
de formâ modove provisum, quæ docent Instrument. Pac. *Art.8.§.2.* *Gaudeant sine contradictione Jure suffragii in omnibus deliberationibus super negotiis Imperii, præsertim ubi Pax aut Fœdera facienda, aliave ejusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum aut quicquam simile posthac unquam fiat, vel admittatur, nisi de Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu.* Et Capitulationis novissi-

Art.10. Wir sollen und wollen auch für uns selbst / als erwehlter Römischer König / in deß Reichs-Händeln keine Verbündnuß oder Einigung mit frembden Nationen / noch sonsten im Reich machen / wir haben dann zuvorhero der Churfürsten / Fürsten und Stände Bewilligung hierzu erlangt; Da aber publica salus & utilitas ein mehrere Beschleunigung erforderte / da sollen und wollen wir dann der sieben Churfürsten sämptliche Einwilligung zu gelegener Zeit und Mahlstatt / und zwar auff einer Collegial-Zusamenkunfft / und nicht durch absonderliche Erklärung / biß man zu einer gemeinen Reichsversamlung kommen kan / wie sonsten in allen andern deß Reichs Sicherheit concernirenden Sachen / also auch in dieser erlangen.

3 Quod in Principem à populo Romano lege Regiâ πάντως translatum Imperiũ, Fœderumque jus necessariò complexum est, de quo in fragmẽtis repetitæ L. Regiæ sub Vespasiano adhuc extant illa, *Fœdusve cum quibus volet facere liceat, ita ut licuit D. Augusto &c.* ap. Anton. Augustini, *Lib. de L. & SCtis p.127.* hodiè sic limitatum cernimus, ut hoc in actum non nisi consentientibus Imperii membris possit deduci: An omnibus; An quibusdam; & in modo, variatum sæpius. Juxta Carolinam capitulationem *Art.* 7. Ferdinandi I. A. 6. Maximiliani II. A. 4. Rudolphi II. Matthiæ & Ferdinandi II. *Art.6.* Electorum sufficiebat consensus, vel unanimiter, vel ex majoritate. Adjecit huic declarationem Ferdinandi III. Cap. A.7. de obtinendo solûm collegialiter consensû, excepto casû publicæ salutis ac utilitatis moram nesciæ. V. Dn. Schutz. *v.s.J.P.d.4.th.4.lit.D.*

4 Quod post in all. Instr. Pacis sancitum, ut Comitiale ad talia fœdera, omniumque Statuum liberum concurrat suffragium ac consensus, iterum in subsecutis capitulationibus Ferdin IV. *Art.* 7. & Leopoldinâ A.10. restrictum, quod præsente urgentis publicæ salutis ac utilitatis casû Electorum impetrasse voluntatem sufficiat, rejecto cæterorum Statuum suffragio ad tempus Comitiis aptum. Sed hi non immeritò tunc temporis in monitis ad Capitul. Electorali Collegio mense Apr. 1658. exhibitis, futuræ inserendum judicarunt. Daß keine Verbündniß in Reichshändeln ohne der gesampten Stände auff einem Reichs-Tag erfolgenden Bewilligung zu machen / auch von dieser Regul kein casus zu excipiren / noch unter dem Vorwand einer ob publicam salutem & utilitatem erforderten Beschleunigung / der Fürsten und Stände Bewilligung zu übergehen. Also der vers. Es wäre dann das publica salus &c. auffzulassen Lampadius in den Politischen Reichs-Händeln *Art.29. p.147.*

Ettel

Eitel Friedr. von Herden in der Grundfest. deß Heil. Römischen Reichs P.3.c.3. p.m.196. Quod & observavit prædictum Collegium in projecto constantis perpetuò Capitulationis prolato A.1664. §.6. extat ap. Dn. Fritsch. *in Addit. ad* Limn. *J. P. Tom. Nov l.1.c.12.p.37-64.*

Cur tam solicitè cautum de conventu Comitiali, aut Electorum collegiali, ratio forsan inductiva fuit, quod melius res hîc ponderari, examinari possit, quàm separatim à singulis: Neque precibus, minis, terrori, offensioni, tanta vis in Collegio sit, ac in singulis, facilè hinc Superiori astipulaturis, prout exemplo Uladislai Polon. Regis, quæsitam filio coronam à Statibus Regni denegatam, à singulis separatim hâc arte obtinentis, probat ex Lehem. *Chron. Spir. l. 7. c. 79.* Limn. *ad Cap. Ferd. IV. Art. 7. verb.* absonderl. Ertl. Sic nec Romanorum Regis electio, nisi collegialiter, fieri potest, non separatim per *A. B. T. 4. verb. quibus omnibus in Electionis termino invicem congregatis*, Dn. Schütz *v. 1. J. P. d. 2. th. 8. lit. B. & 14. lit. E.* Limn. *l. 2. J. P. c. 3. n. 67. 68.* Besold. *Diss. Nomico-Pol. 2. L. 2. th. 6. in V. 5. Dispp. Basil.* Schrader. *Tr. F. P. 9. c. 7. n. 159. P. 10. s. 10. n. 85* Buxtorf. *ad A. B. concl. 33. 35. in V. 2. Dispp. Basil.* quod electionibus in genere commune est & pro formâ, quâ neglectâ nullum quod actum. *c. 42. & 55. x. c. 46. in 6. de Elect.* Fr. Marci *Decis. Parlm. Delphin.* P. *2. Q. 1030. Q. 1196. n. 2. Q. 1339. n. 3. 4. Q. 1345.* [qui in Q. 940. de electione Cæsaris more Papicolarum nugas agit] Faber. *l. 1. Cod. Saband. T. 3. def. 40.* 5 6

Cur verò ad Fœdera necessitatis casu contrahenda Principum & cæterorum Imperii Statuum in Comitiis demum requiratur consensus, inquirere privatorum forsan haud erit. Cum tamen Academica libertas nemini præjudicio esse debeat, quærerem de vi & efficaciâ hujus consensûs. Quid enim, si hunc impertiri nolint Principes & inferiores status, justâ moti ratione? An Fœdus ab Imperatore ac Electoribus ictum super negotiis Imperii irritum dices? An validum nihilominus? Nec hoc asserere, nec illud audeo. Non *hoc*: Aut enim ad ejusmodi fœdera Comitiale liberumque omnium Imperii Statuum consensus & suffragium pro formâ requiritur aut solùm Electorum. Alterutrum fateri cogimur. Si Electorum; casus publicæ salutis ac utilitatis in Cap. FERDIN. IV. & LEOP. frustrà excipitur, ceu suâ tunc regulâ Jure communi fundatus. Si omnium Statuum; uti quidem Instrum. Pacis clarè disponit, in verb. *nihil fiat vel admittatur &c.* cui nec Capitulationes præall. videntur derogare, arg. verb. Wir sollen und wollen. Bißman. erlangen. Quid aliud hæc innuunt, quam Comitialis hujus 7 8

suf-

suffragii necessitatem? Imò derogare nec poterunt, renitente hîc Jure quæsito omnibus Imperii Statibus ex Instr. Pac. eò firmius, quo sanctiori Clausulâ istud fulcitum, ut sit *perpetua lex & pragmatica Imperii sanctio, imposterum aeque ac alia LL. & Constitutiones fundamentales Imperii, nominatim proximo Imperii Recessui, ipsique Capitulationi Cæs. inserenda &c. J.P. art. 17. §. pro majori.* Jung. protestatio contra Capitul. Leopold. ratione quorundam Statibus præjudicialium ab horum Legatis opposita D. 8. Aug. 1658. extat ap. Herden in der Grundfest. *P 3. c. 3. p. m. 229. 232.* & *Vol. 8. vel Contin. 4. Act. publ.* Lond. *l. 8 c. 252.* validum certè non erit fœdus, ad quod consensus partium non impetratus: quod factum contra dispositionem Instrumenti Pacis: quod adeò debitâ destitutum formâ pro fœdere Imperii haberi neutiquam poterit.

9 Non *illud*: siquidem verba, es were dann / da aber / &c. ut quid operentur, quod utique fieri oportet, cum nullum verbum, ne minima quidem syllaba in conventionibus debeat esse otiosa. Cacheran. *Decis. 1. Pedem. 141. n. 4.* Jac. Cancerius P. *1. Var. Resol. Jur. c. 8. n. 157. p. 162. Ed. Lugd. 1658.* Hector Capyc. Latro. *Select. Consult. jur. 2. n. 40. & Cons. 73. n. 133.* Jac. Thoming. *v. 1. consil. 20. n. 43. Cons. 26. n. 99.* Merck. *ap.* Klock. *v. 1. Cons. 8. n. 85. arg. l. 109. pr. de Leg. 1. c. 10. de Privil. in 6.* haud aliam patiuntur interpretationem quàm posse legitimum validè iniri fœdus ab Imperatore requirente tali necessitatis casu Electorum consensum. Cum enim in pr. *d. Art.* de qualitate legitimi fœderis disponatur per modum regulæ, non potest non de eadem intelligi subjecta exceptio, quæ talis non est, nisi de regulâ sit. *arg. l. 12. §. 43. de Instr. leg. l. 4. §. 5. de Penu leg.* Sicut species detrahitur de genere, ita exceptio de regulâ, & sic sub illâ continetur sicut pars in toto, inquit Everh. *in Loc. 9. ab Exc. ad Reg. n. 9.* Sed sufficiat nobis, quod sit ita in Imperial. Capitul provisum, & si minus rectè à dubitante dictum, id nec dictum volumus;

10 Nolo etiam occasione thematis inquirere in Imperii hodiernum statum, Monarchicus an sit; an quæ in mixto præponderet forma: nimis enim ultra institutum prolaberer. Hoc saltem notabo, probè considerandum esse, an hoc Jus circa Imperii fœdera absolutè Comitiis ita transcriptum sit, quatenus consideratur ut Jus Majestatis & in statû eminenti; an solum objecti ratione, quatenus Imperii statum, aut Jura Statuum & Territoria horum necessitate consequentiæ spectat. Deinde aliud esse, principaliter proprioque Jure fœdus posse pangere; alind, consensum adhibere alienum. Quod constitutionibus Imperii, quod praxi convenientius quis hîc probabit, in ejus ire sententiam pronus nunquam non ero.

Dic

Dixi hactenus de Imperii nomine contractis fœderibus. Quid Imperator respectu hereditariarum ditionum possit, alia est quæstio. De modo in *Leop. Capit. A. 10.* clarè noviter dispositum. Wan wir auch künfftig unserer eigenen Landen halber einige Bündniß machen würden / so soll solches anderer Gestalt nicht geschehen/ als unbeschädiget deß Reichs / und nach Inhalt deß Instrumenti Pacis. Circa quod benè ratiocinatur Eitel Fr. von Herden in der Grundfest. *P. 3. c. 9. p. m. 294.* Sintemahln/ inquit, bey dergleichen Begebenheiten / und wan ein Käyser etwan von seinen also Confœdirten um Hülffeersucht / und dieselbe von Ihm geleistet werden solte / gar leichtlich das gantze Reich möchte implicirt/ auch ein Stand nach dem andern in Harnisch gejagt / und in unüberwindlichen Schaden gesetzet werden/ bevorab da man solche auß einer *particular-Alliance* herrührende Hülffe/ eine Reichs-Armee nennen und darvor außgeben wolte. 11

Sequitur brevibus altera consideratio de Fœderibus non universalibus, sed particularibus: non à toto corpore, sed ab individuis in Imperio contrahendis, ab ejus sc. Statibus. Duplex horum Jus est & potestas, uti post alios optimè notant B. Dn. Schütz *v. 1. J.P.D. 6. th. 4.* Myler. *de Pr. & Stat. J. c. 15. §. 1.* Primum concernit superiora, & administrationem universi Imperii, solam adeoque Statuum personam quà talium. Alterum relativè subditos ac territorium. Ad *illud* spectat argumentum primæ considerationis. *Hoc* statibus quà Territoriorum Dominis competit, vocatur Superioritas territorialis, & includit primariò *Jus pangendi Fœdera*, quod *inter se & cum exteris liberè singuli Status Imperii & validè nunc exercent pro securitate ac conservatione suâ, modò fœdera non contra Imperatorem sint & Imperium, pacemq; ejus publicam, vel Pacis Westphalicæ transactionem, fiantq; salvo per omnia Juramento, quo quisq; Imperatori & Imperio obstrictus est.* J.P. *art. 8. §. Gaudeant.* In compendio quasi deciditur hìc quæstio super libertate Juris Fœderum, ac contractorum validitate, variè olim exagitata, & annectitur forma in pangendo à Statibus Imperii servanda. De utrâq; pluribus edoceri gestiens adeat Mylerum *de Pr. & Stat. J. c. 17.* Carpz. *ad L. R. c. 6. S. 6.* Knipschild *de Jur. & Priv. Civ. l. 2. c. 23.* Burgold. *de Not. Imp. Rom. Germ. P. 3. Diss. 2 n. 4.* Rumelin. *ad A. B. P. 2. Diss. 4. th. 34. ibiq;* Myl. Dietrich. *ad A. B. T. 15. p. 74.* Limn. *l. 4. J. P. c. 8. n. 16-30.* nec enim lubet addere quid in re à 12 13
prælaud. Dd. jam satis demonstratâ, & sic JCto judice, in *l. 1 §. 8. de dot. præl.* frustrà operam insumere. Hoc adhuc de Civitatibus Imperial.

 monen-

monendum duxi, eis ut Statibus Imp. fœderum Jus vigore *all.* §. liberè competere, èque re illarum & Imperii esse, vires arctius inter se & cum Principibus unitas periculis Imperio imminentibus opponere, nec rei nimis intentas de mercibus magis laborare quàm Germaniæ salute. Certè valida Imperii nostri propugnacula desciscere à corpore nunquam fuissent coacta, si potiorem metallis habuissent libertatem, & initis fœderibus circumspexissent in tempore, hostiles comprimendi impetus, quibus celerius neminem opprimi, quàm nihil timendo experti, malum tandem suum occultè gemunt. Liceat igitur, quod de Siciliâ suâ loquitur Cleobolus ap. Barcl. *l.* 3. *Argen.c.*4.*p.m.*283 hîc repetere. *Luceant illæ Stellæ, dum meminerint, cui Soli lumen hoc debeant, nec caliginem faciant nostro orbi.*



CAP. VI.

Imperii NOBILES IMMEDIATI quo jure ineant Fœdera.

1 Q. Dixi in limine prioris *Cap.* in Imperio nostro Fœdera quæ contrahuntur, esse vel Imperatoris, vel Statuum. Sunt etiam Nobilium immediatorum, qui fœdera jam olim pepigere, & adhuc liberè pangunt, asserentibus hoc Myler. *de Stat.* 7. *c.*17.*§.*17. Limn. *l.*6.7.*P.c.*3.*n.*42. Burgold. *de Not.R.G.p.*1.*d.*22.*n.*5.*p.*409. qui tamen parum sibi constare videtur. *P.*3.*d.*2.*n* 4. Spreng 7.*P.p.*323. Fesch. *'s Fœd.th.*8.*lit.C.*B. Dn. Schutz *v.*2.7.*P.d.*12.*th.* 10. *lit. A.* Sed quô Jure? Domitiana quæstio esset & ineptum, hîc dubitare, si Statuum Imperii Jus & nomen eis competeret, quod competiisse nunquam credo probabilius, per ea quæ fusè hanc in rem, enervatis simul argumentis *Hyppolitiâ Treisbach* aliorumque dissentientium commentatur Limnæus 7.*P.l.*6.*c.*3 *n.*7-33.*&* *T.*4.*in Add.ad h.c.*3.*p.*42-56. Probè sunt distinguenda, Comitiis interesse, & sessionem ac Votum in iis habere v. Reink. *de R.S.& E.l.*1.*cl.*4.*c.*1.*n.*28. quod exemplificant, Limn, 7.*P l.*9.*c.*1.*n.*64.65.*& in Add.T.*4.5. Gastelius *de Stat. publ.Eur.nov.c.*7.*n.*5. Herden in der Grundfest. *P.*1.*c.*5.*sub fi.*

2 Vocari ex Juris necessitate ac liberâ voluntate: Sic olim etiam exteros Reges ad Comitia fuisse vocatos ex *Goldasto* testantur *all.l.* Herden. *&* Limn, *n.*61. Vocatio & non necessaria comparitio. Adesse quà talem, quà statum & quà officialem; ut consentientem & assistentem

tem. Abesse ex privilegio, & ex debito: & in summâ, esse immediatum Imperii Civem & esse Statum, quæ duo longè differunt *v.* Reink. *all.c.1. n.31.32. & cl.5.c.10.n.1-3.* Burgold. *de Not.R.G. P.3.D.18.n.5.6.* Dn. Schütz. *V. 1. ?.P.D.9.th.9.* Quicquid etiam de antiquis controverti posset temporibus, hodie certè, præter defectum vocationis, sessionis & voti Comitialis ac immatriculationis, liquidissima adsunt testimonia. *v.* Limn. *d.c 3. n.29.30. & ad Art.15. Cap.Car.V.verb.* und den Adel. *p. 222.* Carpz. *ad L. R. c. 3. §. 12. n. 17. & seqq.* Speidel. *ad* Rumel. *P. 1. diss.1.th.12.* In Instrumento Pac. *Art.5.§.10.* Nobilibus immediatis in puncto Autonomiæ specialiter prospicitur, quod haud obscurè arguit, non eos esse Status, cum & nomine & re secernatur ab iis, de quibus jam antea erat dispositum: jung. *§. seq. 11.* ubi quidem liberarum Imp. Civitatum specialiter fit mentio, non tamen in vim novæ dispositionis simpliciter, qualem *all.§.* continet, verùm repetitionis, declarationis, quæ luculenter evincitur ex verb. *Liberæ Imperii Civitates, prout omnes atque singulæ sub appellatione Statuum Imperii ubique indubitatè continentur, ita & idem cum reliquis Statibus Imp. superioribus jus habeant* &c. &, quod in argumentum docet Autor *Hist. Pacis Westphal. l.3. §.97.* apposita forsan fuit tanquam medium sedandi contentionem de præcedentiâ inter Nobiles & Civitates motam. Hujus porrò, ceu egregii corporis immediati ad Imperii decus ac robur pertinentis in Capitulatione Leopoldinâ sæpiùs mentio facta, ut *Art.* 3.7.8.15.18.19.21.26.27.39. à Statibus Imperii tamen semper distincta, & in iis rebus solùm, quæ communem ob immedietatem cum Statibus respectum ad Imperatorem habent, tanquam summum caput & protectorem, nec ad hos quà tales præcisè spectant, & quà ἀρχοντες als Mit-Glieder des Heil. Röm. Reichs. 3 4 5

6 Fateor, si J.P. *art.8. §. Gaudeant.* inspicimus, esse, de quo in hac confœderationis Nobilium libertate dubitemus. Siquidem de Statibus hîc solùm disponitur, quò ipso exclusam licet colligere liberam Nobilitatem: Specifica enim unius inclusio cæterorum est exclusio. Th. Mich. *ap.* Klock. *v.2. Cons.7.n.167.* Goth. *ad l. 12. pr. de jud. per h.l. l.13. de Comp. l.63. de Cond. & dem.* cum simil. *c. 4. dist. 25.* Quod clarius determinare videntur verba in *Art.9. Cap.Leop.* Das Instrumentum Pacis aber allein ChurFürsten und Ständen Confœderationes und Verbündnissen einzugehen erlaubet. Quin etiam in Cap. Caroli V. *art.6.* & seqq. Imperatorum expressè cautum legimus, Des Adels Bündniß zu hindern. At considerato fine fœderum, cum 7 qualitate paciscentis requisitâ, verius judico, & jure & ratione niti fœdera, quæ pangunt Nobiles Imperii immediati.

8 Non nisi immediatum habile Superioritatis territorialis subjectum esse constat; nec non, hanc esse jus, quod Jura fœderum necessitate quâdam consequentiæ comitantur. B. Dn. Schutz *v.1. J. P. D.6. th. 24, & v.2. D.12. th.9. lit. G.* & Jure: Concessâ enim Jurisdictione territoriali curam defendendi, defensionemque media proportionata sequi necesse est, quatenùs finis absque his obtineri non, nec absque illâ ista in tuto potest esse. Hinc Javol. Cui Jurisdictio data est, ea quoque concessa videntur, sine quibus Jurisdictio explicari non potest. *l.2. de Jurisd.* Cui conceditur Regnum, necessariò omnia censentur concessa, sine quibus Regnum non potest gubernari. Principale trahit secum id quod venit ex natura actûs. Salgado de Somozâ *de Reg. Protect.* P.1. c.2. n. 293.294. p. 73. *Ed. Lugd.*

9 1654. Vi hujus Jurisdictionis dum subditi ad obedientiam ex præstito regulariter homagio, & fidelitatem sunt Domino obstricti, protectionem ac defensionem ab ipso quoque expectant, ad cujus officium tutela spectat totius Territorii. Quod quia propriis viribus salvare semper difficile est, facile hoc erit fœderum ope & mutuo adjutorio, quibus fortius contra vim externam non datur remedium.

10 Cum igitur Salus populi, uti aliàs summa Lex esse debet; ita & hic concessæ superioritatis summus sit finis, quem Fœdera primariò quoque intendunt, liquet, confœderationis libertatem denegari haud posse Nobilibus hisce, qui, ut immediati, Jurisdictione territoriali actû, & sic qualitate gaudent illâ, sine quâ nec fœdera contrahi, nec contracta nomen & speciem conspirationis possunt effugere. Argumentor. Qui habent Jurisdictionem territor. habent etiam jura Fœderum: Etenim positio totius, ut talis in natura, requirit omnes partes. A. Nobiles Imp. immediati habent Jurisd. territ.

11 E. Non equidem me præterit, superioritatem hanc libero Equestri ordini in dubium vocari à JCtis quibusdam illustribus. Verum enim verò reclamat communior recepta sententia, quam non parùm ful-

12 tam reor *all.* §.10. junct. §. *seq.* 12. J.P. & *Art.* 3.18.19. *Cap. Leop.* Certè ex actuum Jurisdictionalium exercitio, quò liberè & proprio nomine, non secus ac Imperii Status, gaudent in territoriis ac districtibus, evidenter probatur competens superioritas: nam cui definitum competit, definitio non potest non competere. Et licet non omnes tam amplum possideant territorium, quàm Imp. Status; nec forsan quosvis semper actus jurisdictionales exerceant; tamen eò minus officit *illud*, quod à latiori finium amplitudine & potentiâ malè argumentetur ad essentiam hujus superioritatis, quæ in se magis & minus

nus non recipit, & tam perfecto, sæpius etiam perfectiori gradû consistere potest in parentium paucitate, quàm in multitudine : *hoc*, 14
quod superioritas ista totum sit potestativum, ut concinnè notat Consult. Dn. Hert. Jur. in hac Acad. Prof. meritissimus §. 6. *Diss. de Superior. terr.* unde subsistit divulso quamvis uno vel altero Regali, eovè neglecto ob extrinsecus quoddam superveniens. Præterea No- 15
biles si destituti sunt ejusmodi superioritate, penes quem erit illa? Immedietas non patitur alium agnoscere nisi Imperatorem. Sed hic, quà Imperator, formaliter non habet Superioritatem territor.: nec hanc exercet in districtibus Nobilium, experientiâ teste: nec exercere poterit; convelleret ac imminueret hôc ipso horum jura, quod ne fiat, æquitas præscribit & *Art.3. Cap. L.* Quomodocunque tan- 16
dem de modo & externâ conditione disceptetur, sufficiet nobis adesse rem ipsam, & consequenter fœdera Nobilium immediatorum esse optime fundata.

Hanc *non* destruunt sententiam pro rat. dubit. adducta verba des 17
Adels Bündniß zu hindern; quæ respiciunt in subditorum existentes numero, ut contextus monstrat: & in novissima Capit. *Art.7.* penitus omissa sunt illa, des Adels/ substitutis his, und anderer/ wes Stands oder Würden die seyn/ forsitan ne quid dubii ex generalitate vocis suboriatur. *Nec* alleg. *§. Gaudeant.* junct. *art. 9.* Etenim 18
hic Nobiles immediatos exclusos haud intelligi liquidius licebit judicare, prænotatis, verba esse cô semper intelligenda respectû, & ad eum finem, quo proferuntur, nec detorquenda in alium effectum, cui non sunt destinata, taxatio quamvis adsit. Klock. *v. 3. Cons. 182. n. 323-325.* Jam verò in *art. 9.* Imperator loquitur non absolutè aut a.
dispositivè, quoad ista verba das *Instrum. Pacis* &c. sed incidenter, enunciativè, oppositivè ad subditos, eisque non vult evincere, quod fœdera contrahere licitum haud sit aliis nisi Imperii Statibus, verùm subditos Statuum excludit, de eis disponitur, eorumque improbantur colligationes: Cum enim incundorum fœderum in his cesset ratio, meritò & Jus cessabit. Enunciativa verò verba propter aliud prolata in se nil probant, sed habentur pro somno. post al. Th. Michaël *ap.* Klock. *v. 1. Cons. 29. n. 301. 302.* Mascard. *v. 2. de Prob. Concl. 622. n. 1.* *Deinde* suadet hanc interpretationem *Art. 3. Cap. L.* quô β.
spondet Imperator immunitates Statuum & Nobilium immed. salvas, salva Jura & Privilegia. Fœderum jus autem dum à Ferdin. I. illis confirmatum Anno 1562. v. Mager. à Schönberg *de Advoc. arm. c. 6. n. 107.* dum non obscurè ipsis conceditur in *T. 15. A. B.* sub voce *ali*

Dn. Schütz. c.l. A. Limn. ab A. B. h. T. §2. Obs. 2. imò dum eò liberè semper sunt usi, & sic ex non factâ prohibitione minimùm evincitur Jus quæsitum; sanè ut evitetur Capitulationis contrarietas, nec Imperatorem injuriæ injustitiæve incusemus, utrumque obtinebi-
γ. mus datâ interpretatione. Nec *porrò* valet consequentia. Statuum Imp. solùm fit mentio. E. Nobiles immed. excluduntur. Unius siquidem inclusio exclusio non est alterius, *si* ita excludendo Jus commune lædatur vel corrigatur: *si* alio jure legatur inclusum: *si* alibi lex loquatur indefinitè & generaliter: *si* oratio sit exemplificativa: *si* ille casus, vel illa persona ratione frequentioris usûs fuerit inclusa: *si* sint connexa: *si* constet eand. fuisse mentem disponentis de casu excluso, quàm de incluso: *si* utriusque paritas adsit rationis, ut hoc axioma limitando declarant Menoch. *l.3. Præs. 90. n.7.8. l.4. Præs. 36. n.22. Præs. 39. n.6. Præs. 89. n.90. Præs. 190. n.27.* Id. *de Arb. I. Q. l 2. Cas. 64. n. 18.* Merkelb. *ap.* Kluck. *v.1. Cons. 6. n. 260. Cons. 7. n. 201-203.* Reink. *de R. S. & E. l.1. cl.3. c.14. n.41.* Hartm. Pistoris *l.2. Qu. Iur. 4. n.26. l.4. Qu. 20. n.9. & Obs. 227. n.62.* Mantica *de Tac. & A. C. l.5. T.7. n.28.* Jac. Cancerius. *P.1. Var. Resol. Iur. c.8. n.16.17.* Dn. Struv. *J. F.*
δ. *c.7. A.5. n.8.* Ut *tandem* specialiter de taxativâ partic. *tantùm*, allein/ quid annectam, jura firmant, hanc excludere casus dissimiles solùm, non similes, in quibus par aut major ratio existit. Goth. *ad l. 16. n.2. de Usuc. l.12. n.2. C. de Præd. Min.* Sichard. *ad l. 3. n.7.8. C. de Inst. & Subst. per h. LL. & l.8. §.4. ff. de Pign. Ath. l.1. §.1. si Mens. N. 118. c.5. f.* Menoch. *all. Præs. 36. n.20.-22.* Carpz. *J. For. P.3. C.11. D.13.*



CAP: VII.

CAPITULUM sede vacante an & cur Fœdera pangat, & an COADJUTOR.

1 CAPITULUM Præsule mortuo inire validè fœdus censeo, ex regula, quod istud in regimine, jurisdictione & juribus Episcopo competentibus succedat ipso jure, & secularibus & Ecclesiasticis, quam pervulgatam novimus, ac firmant Marcus Anth. de Dominis *de Rep. Ecclesiast. P. 1. l.2. c.9. n. 10. & 13. per tot.* Jac. de Graffiis *Decis. Aur. Casuum Consc. P. 2. L.2. C.10. n.6.* Id. *L.3. c. 11. n. 10.11. & C.27. n.19.* Prosp. Farinaceus. *P.2. Decis. Rota 632. n.4.* Nic. Garcias *de Beneficiis P.5. c.7. n.4.5.38. 60.* Fr. Marci. *P.2. Decis. Parlam. Delphin.*

phin. *Qu.* 46. *n.* 23. & P. 1. *Qu.* 117. *n.* 3. Jac. Thöming. *V.* 1. *Consf.* 37. *n.* 22. Klock. *V.* 1. *Cons.* 35. *n.* 3. 77. Gail. 1. *Obs.* 30. *n.* 10. 11. Speidel. *Spec. J. P. H. verb.* Capitul. Ungepauer. *ad Decretal. Tit. Ne sede vac. n.* 5. omnium latissimè per rationes dubitandi & decidendi J. Fr. de Pavinis *Tr. de Off. & Pot. Capit. Sede vac.* P. 1. *Qu.* 1. *per tot. Qu.* 2. *n.* 25. *qui extat in Tom.* 13. *Tr. Tractat.* per *C.* 11. & 14. *x. c. un. in* 6. *de Majoritate. c.* 3. *c.* 4. *de suppl. Neglig. Pral. in* 6. *c.* 3. *de Tempor. Ordin. in* 6. *c. un. pr. Ne sede vac. in* 6. & textum notab. in *art.* 5. Instr. P. §. 4. ibi *Libera sit ubique Capitulo tam Electio & Postulatio, quàm sede vacante administratio & Jurium Episcopalium exercitium.* Hinc ad *Comitia* vocatur, My- 2
lerus *de Pr. & St. J. c.* 15. §. 9. juxta exempla ap. Dn. Schütz. *J. P. v.* 1. *D.* 10. *th.* 9. *Lit. D. pr.* Limn. *J. P. L.* 9. *c.* 1. *n.* 50. Rod. Goth. Knichen. *Op. Polit. L.* 2. *P.* 2. *S.* 2. *c.* 9. *th.* 7. *expl.* 2. *p.* 1272. *lit. D.* & declarationem J. Pacis novissimam *Art.* 5. § 6. verb. *Sede vacante Capitula ad universales aeque ac particulares conventus imperiales literis solitis evocentur, & suffragii jure fruantur.* Quod observatum probant subscriptiones nomine Capitulorum Salisburgensis, Bambergensis, & Wormatiensis in subsecuto Recessu de Anno 1654. An & Directorium Q.
ac hinc dependentia, die Ansage/die Umbfrage ipsi tunc competent? Cum in durantibus adhuc comitiis id tentaret capitulum Moguntinense, Electorum Trevirensis & Saxonis Legati restiterunt, praetendentibus Saxonicis jus per specialia pacta radicatum hôc casu, ut constat ex horum propositione in Collegio Elect. factâ die 3. 13. Jul. 1675. quam exhibet Dn. Fritsch. *in Add. ad* Limn. *L.* 9. *c.* 1. *n.* 131.
p. 309. In *Camera* Imperiali forum habet. Roding. *Pand. Cam.* 3
L. 1. *T.* 4. §. 15. & gaudet *Austregis* Speidel. *c. l.* prout regulae superiori consentaneum rectè defendunt contra dissent. Gail. *c. O.* 4
n. 13. Dn. Schütz. *v.* 2. *J. P. d.* 3. *th.* 6. *lit H.* Limn. *J. P. l.* 9. *c.* 5. *n.* 28. cum all. Mindano, Arumaeo. Georg Schubhartus *Diss. de Austregis Concl.* 3. *lit. D. in V.* 4. *Dispp. Basil.* Super constitutione *Pignoratio-* 5
nis agere potest & conveniri Schütz. *cit. v.* 2. *d.* 5. *th.* 4 *lit. B.* Ruland. *de Commiss. P.* 4. *l.* 7. *c.* 2. *n.* 17. Gail. *de Pignor. O.* 7. *n.* 5. *Infeudat* de 6
bonis Ecclesiae consolidatis Struv. *J. F. c.* 5. *A.* 9. *n.* 6. secundùm Dd. ad *c.* 2. *x. de Feud* absque distinctione cathedralis an inferioris, quam fingunt Rosenthal. *Syn. J. F. c.* 4. *concl.* 26. *n.* 1. Schrader. *Tr. F. P.* 4. *c.* 2. *n.* 32. & quos reprobando allegat Struvius: Feudaliumque con-
troversiarum *Judex* est. *Vid.* Schrader. *P* 10 *S.* 3. *q* 11. *à n.* 165. *usque* 7
172, câque modificationem, & de Pavinis *P.* 1. *q.* 10. *n* 14. 15. Jure 8
gaudet *uniendi Ecclesias* ecclesiasticave beneficia. *c.* 8 *x. de Excess.*

Pral. Lancellott. *in Inst.I. Can. T. de Union Eccl.* 2. 19. §.*non tamen:* Consultissimus Dn. Thilen, JCtus, & Ludovicianæ h.t. Rector Magnificus, Doctor ac Patronus noster *in Disp. Inaug. de Union. Eccles.*
9 *c.* 4 §. *Sed vero* Licitè potest *contrahere* de rebus Ecclesiæ in casu evidentis necessitatis magnæque utilitatis: de quo eruditè disserit additâ resolutione contrariorum Jac. Thöming. *v.* 1. *Cons.* 37.
10 *à n.*1. *usq.* 43. Intromittere se potest *executionibus* ultim. voluntatum. Covarruv. *T.* 1. *de Testam. ad c. Johannes* 19. *x. de Testam. n.* 2.
11 *p.*108. De Pavinis *P.*2. *q.*7. Confirmat & infirmat *electiones. c.* 14.
12 *x. de Major. & obed.* Id. P. 2. *q.* 4. *Prebendas* confert & beneficia *c. un. Ne sede vac. in 6*, ubi declaratio: junge *c.*1. *de Institution. in 6.* & Nic. Garciam *all. c* 7. *à n* 51. *in seqq* hoc latè declarantem & contraria resolventem. Multò magis jus habet *instituendi præsentatum*
13 per *d c.*1. Rochus de Curte *in Tr. de Jure Patronatus* C. jus Patron.
14 quib. competat. *n.*68. 69. *p.*256. De *haresi* judicat *c.* 9. *pr. x. de Heret.*
15 *Clem.* 1. *pr.* vers. duro. *eòd. Dispensat* in juramentis; in studio literarum, ut sc. Ecclesiæ parochialis Rector ei per septennium valeat insistere absque sacerdotali onere. De Pavinis *c. P.* 1. *q.* 5. De Graffiis
16 *c. n.* 6. & 11. Visitat, corrigit, punit, excommunicat, excommunicatos absolvit, *c. un. de Majorit. in* 6. Id. *l.* 4. *Decis. Cas. consc.* P. 1. *c.* 15. *n.* 77. Ecclesiasticam exercet censuram, cognitionem habet causarum, literas dat ad ordines *c.* 3 *de Temp. Ord. in* 6. & sim. Klock. *d. cons.* 35. *n.* 80. de quibus ex professo agit De Pavinis *in all. Tr. per tot.*

17 Omnia denique gesta per Capitulum sortiuntur hoc casu effectum perpetuò, tanquam legitimè gesta Tusch. *in PP. Concl. ap.* Klock. *n.*78. [quanquam ad rationes novo Præsuli reddendas obstrictum, secundùm Rubeum *Cons.*131. *n* 3. quem refert & sequitur Menoch. *de Arb. Jud. L* 2. *Cas.*209. *n.*8. ac ad reservandum ipsi emolumentum ex jurisdictione, Sigillo curiæ, vel aliàs Prælato Ecclesiæ
18 proprium *Gisb. Voetius Polit Eccles.* P. 1. *l.* 1. *c.* 6. § 3. *n.* 8. *p.* 88.] Et hoc vi laudatæ regulæ, quam tamen restringo (1) ad ea, quæ sunt Episcopi *ut talis*, & respectu jurium ordinariorum, à territorio simpliciter, non aliunde, dependentium. Ne obstet, quod eligendi Rom. Regem & hac de causa convocandi sit incapax capitulum. Nam tale jus habent Ecclesiastici ut Electores Status & Principes Imperii, quod ob hoc, ut alia, exercent etiam non infulati à Papa. Dn. Schutz. *de Vic. Imp. Concl.* 20. & 22. *lit. B.* Id. *in Coll. J.P. v.* 1. *D.* 2. *th.* 10. *Lit. B. th.* 11. *lit. A. B.* Limn. *J.P. l.* 3. *c.* 3. *n.* 40. 41. 54. *l.* 9. *c.* 1. *n.* 49.

Carpzov.

Carpzov. *Dispp. Feud.* 1. *q.* 3. Hermes *Fasc. J. P. c.* 6. *q.* 10. *q.* 15. *&* 16. Sev. de Monzambano *de St. J. Germ. c.* 4. § 4. Manzius *in Fundam. Urb & Orbis f. Tr. de Ortû & progr. Imp. Rom. l.* 2. *Tit.* 5. §. 5. *n.* 2. *p.* 72. Becker *Syn. J.* P. *l.* 2. *c.* 3. §. 3. *& l.* 3, *c.* 6. *pr. p. m.* 47. 231. Henniges *in Annot. ad Beck. p.* 331. Gastelius *de St. publ. Eur. novissimo. c.* 9. *n.* 9. Sprenger *in Luc. St. p.* 32. Mylerus *de Pr. & Stat. J. c.* 15. § 8. Buxtorf. *ad A. B. concl.* 18. *lit. B. in V.* 2. *Dispp. Basil.* Rumelin. *ad A. B.* P. 1. *D.* 2. *th.* 12. Eit. Fr. von Herden in der Grundfeste H. R. R. P. 1. *c.* 5. *pr.* [De hîc disputari solitis commendandus Dn. Schütz. *v.* 1. *D.* 7. *th.* 7. *lit. H. l.* Bertram *de Comitiis th.* 40. *sub fi. in Nucl. Disc. l. P.* Ohmius *de J. Episc. th.* 14. *lit. F. in all. Nucl.* Limn. *l.* 3. *l. P. c.* 7. *n.* 3. - 17. Kipping. *Meth. nov. J. Publ. l.* 1. *c.* 8. *n.* 8. 9. & novissime Rod. Goth. Knichen *Op. Pol. l.* 2. *P.* 3. *S.* 1. *c.* 3. *th.* 7. *Expl.* 1 *p.* 93. 94.] Et habent isto respectu ex speciali lege ceu personale quid, ei solùm competens, qui ad unam ex Metropolitanis sedem legitime adscitus, secundum Ddrall. Inquis, Episcopo *ut tali* jura non competunt secularia Gail. *c. O. n.* 6 Carpz. *ad L. Reg. c.* 3. *S.* 11. *n.* 11. *R.* verbis, *ut tali,* non innuo formale, seu rationem sub qua competentiæ; sed subjectum respectu objecti materialis, vel id quod competit formaliter ac in genere Episcopo, in oppositione ad Jura singularia, quorum iste, *ut talis,* & ex statu f. seculari, f. ecclesiastico, haud consors est. Sic & appetitum esse mali, ut mali, ajunt sub hac distinctione Philosophi, & tamen omnis finis est quid bonum. Arist. *l* 1. *de Rep c.* 2. *p.* 3. *& L.* 2. *Phys c.* 2. *p.* 28. Bonique ratio formalis appetibile. (2) Ad ea quæ meræ sunt *Justitia,* juris quoque communis: 19
præeunte Klock. *c. n* 80. quo excluduntur quæ gratiæ sunt, vel dignitatis Episcopalis. Commendare itaque non potest beneficia ad collationem Episcopi solùm spectantia *c.* 2. *x. Ne sed. vac.* Fr. Marci *P.* 2. *Decis. Q.* 373. *n.* 3. *Q.* 555. *& P.* 1. *Q.* 93 De Pavinis P. 2. *q.* 1. nec horũ permutationi auctoritatem impertiri. Mantica *de T. & A. Conv, l.* 25. *T.* 8. *n.* 11. Indulgentiarum nequit concedere literas De Graffiis P. 3. *Decis. l.* 2. *c.* 2. *n.* 9. licet enim, ait, jurisdictionis hoc sit, est tamen etiam Episcopalis dignitatis, *per c.* 12. *x. de excess. Pralat.* v. tamen De Pavinis P. 1. *Q.* 4. distinguentem.

Brevibus, in iis quæ non contra jus commune, contra Ecclesiam, 20
nec de juribus Præsuli singularibus vel ex privilegio sunt, vel jure delegato; vel quæ non accidentaliter, non ei jure speciali, sed communi, sed naturaliter competunt, prout *Marci, De Graffiis, Schrader, Garcias, De Pavinis* P. 1. Qu. 7. n. 9. & passim, limitant, jure potest

capitulum disponere; vel istius obire vices sede vacante. Quod seu
21 naturaliter accidat & verè, seu fictè vel interpretativè, si v.c. per potentiam secularem de facto impeditur Prælatus, qualis casus apud Klock. *in all. Conf. n.* 76. aut matrimonium contraxit, aut in hæresin prolabitur Gail. l. *O.*30.*n.*40. Si captus ab hostibus. *c.*3. *de suppl. negl. prel. in* 6. vel absens est, vel negligens penitus, *c.* 3. *de Tempor. ordin. in* 6. *c.*7. *fi. x. de Election. c.*2 *x. de Conceß prab.* junct. *c.*2.*fi. x. Ne sede vac.* Si non est sanæ mentis, cum simil. de quibus latè J. Fr. de Pavinis. *all. Tr. Prelud* 7. nil interesse, ex allegatis doceor, & asserit idem M. A. de Dominis *c. n* 13. *f.* hinc Innoc. III. in *c.*2. *x. de Transl. Episc.* Ecclesia, *inquit*, juxta communem modum loquendi viduata dicitur, quæ licet Episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere.

22 Hic tamen inidoneo Præsuli vel qui administrationi non sufficiebat adjungi *Coadjutorem* solitum est, communiter olim temporalem. Salgado de Somoza *Tr. de Reg. Protect. P.* 3. *c.*2. *n.* 42. *p.* 345. v. Hermes *Fasc.* J. *Publ. c.*17. Q. An rectè, vivente Præfato, Coadjutor eligi possit 25. *n.* 31. 32. 33. Lancelottus *in Inst. J. Can. Tit. de Coadjut.* 6. *L.*1. *c petiisti.* 17. *C.* 7. *q.*1. *c.* 37. *x. de Off. del. c.* 15. *x. de Off. Jud. ordin. c.*2. *de suppl. negl. prel. in* 6. *c.* 3. 4. 5. 6. *x. de Cler. ægrot.* Bonif. VIII. *in c. un. eod. in* 6. qui eo, quod notandum, auctoritatem circa coadjutorias perpetuas ad Papalem sedem primus attraxit, & successoribus jus quæsivit, maximi vigoris, juxta communem sententiam de qua post alleg. testatur Nic. de Remouchamps *in Syn. de Coadjutoriis, ed. Leod.* 1651. *c.*5. *n.*8. qui istud in sequentibus variè nihilominus restringit, jung. Hermes *d. c.*17. Q. à quo ArchiEpiscopis Coadjutor detur. 34. *n.*37. attamen absque ullo jure, per summam vim & gravem injuriam Episcoporum ac Metropolitanorum, à quibus antea etiam solis tales fuisse concessas ait M. A. de Dominis, *de Rep. Eccl. P.* 1. *L.*3. *c.* 3. *n.* 75. *fi.* & in antecedentibus probat perspicuè. Post istius decessum, hic, si dignus judicabatur, demùm succedebat gratiâ Papæ. Remouchamps. *c.*5. *n.*5. Sæ-
23 pius verò, ut Coadjutor fidelius laboret, & proprius sit pastor, non mercenarius, factus est Coëpiscopus in quatuor primis jam seculis. Id. *n. seq.* 10. quod multis exemplis probatum dedit M. A. de Dominis *d. c.*3. *à n.*61. *usque* 72. fa. huc *c. Non autem.* 12. *C.* 7. *q.*1. hodieque in regulam transiit ex moribus, ut perpetuus cum futurâ successione quis eligatur Coadjutor, vel postuletur: Nil obstantibus quæ in contrarium sunt jura in *causâ* 7. *Q.* 1. *c.* 3. 4. 6. 10. 11. *c.* 1. 2. & 3. *x. de Conceß. prab.*

prab. c. 2. in 6: eod. ubi reprobatur electio facta ad Ecclesiam non vacantem & in viventis locum; [juxta quod pronunciatum in Senatu Sabaud. Faber *in Cod. L. 1. T. 3. Def. 43.*] cum simil. & auctoritates ap. M. A. de Dominis *cit. c. 3. n. 73. 74.* quibus respondet *seq. n. 75.* Jung, Gratian. in *c. sicut vir 11. C. 7. q. 1. §. Ecce & c. Apostolicâ 7. c. 8. q. 1. §. his.* Cui, ut datâ occasione addam, coadjutoria 24
Prælati quidem dat dignitatem, præeminentiam, ut omnibus ex Capitulo præferatur, pro quo responsum à Speidelio *in Notab. verb. Coadjut. p. 217. 218.* & jurisdictionem; habitualiter tamen hanc, non actualiter, nisi jure & nomine coadjuti, casu scilicet, quo data principaliter ista propter ætatem, debilitatem corporis vel aliam causam extrinsecam, cumprimis [quod & movit Christoph. Bernhardum de Galen, Episcopum Monaster. præviis admonitoriis Papal. Alexandri VII. M. Sept. 1665. admittendi canonicè Coadjutorem D. Ferdinandum Episcopum Paderbornensem, d. 19. Jul. 1667. juxta relationem editam, quæ extat in. *P. 15. Diar. Europ. Append. 3.*] ut obviaretur incommodis, contentionibus & periculis quæ post Coadjuti obitum possent occurrere, ex dissensione circa eligendum successorem & hinc longâ sedis vacatione, in ruinam Ecclesiæ, status politici, subditorumque excidium. [Nec refragatur, quod armistitio Suecos inter, Gallos, Hassos ab una, Bavaros ac Colonienses ab altera parte A. seculi hujus 47. inito præter horum ratificationem, & ea tunc temporis Coadjutoris Archiepiscopatûs Ferdin. Maximiliani accesserit, *V. 2. Continuat. Act. Publ.* Londorpii *L. 3. c. 106. 111.* In re enim, cujus eventus & ad successorem spectabat, cautiùs agere animus contrahentium fuit, ut in successionis casu Coadjutor tam antecessoris, quam proprio facto obligatum se sciat. Nulla hîc jurisdictionis vestigia: diversus etiam promittendi fuit modus.] *Si* verò data ad supplendam administrationem inidonei ex 25
impotentiâ mentis, vel non ut decet se gerentis, subditorum adeoque salus causa istius est finalis, in partem solicitudinis actû certè vocatus intelligitur. *c. 3.* ibique Dd. *x. de Cler. ægrot.* Quare & beneficia potest conferre, recipere renunciationes ac permutationes, *v. alleg. Tr. de Coadjutor. c. 9. c. 13. c. 15. &* Speidel. *verb. Coadjut. p. 215.* Et ut firmiter credo, si Status evidens postulat interesse, inire validè poterit *Fœdera*; salvis attamen semper hîc formulis literarum Coadjutorialium.

Cæterùm assertio superior eò magis Juri consona, quod Fœdera 26
primarium boni publici quoddam sint conservatorium & immedie-

tatis sequela. In istud autem capitulum omni modo incumbere cogi-
27 tur, quia *tutor Ecclesiæ* & Sedis vacantis. *arg. c. 3. vers.* nisi *x. de in int. rest. c. 1. vers.* attendentes *x. Ne sede vac.* ut enim in secularibus Electoribus agnati proximi, sic sede vacante Capitula tutelam obeunt Spreng. *Luc. Stat. p. 153.* (Hinc esse reor, quod Ecclesiæ læsæ restitutionis quadriennium à tempore decessûs Prælati lædentis computari simpliciter tradant Dd. Dn. Struv. *Synt. J. C. Ex. 8. th. 64.* Merckelb. *ap.* Klock. *v. 1. Consil. 11. n. 197.* cum alleg. *v. 2. Cons. 48. n. 181.* per *C. si sacerdotes 10. q. 3. C. 16.* non adductâ exceptione sedis vacantis, quam Petr. Franc. Keller *in Panacea Juris s. Remed. rest. in int. c. 6. q. 4. n. 44. p. m. 144.* adstruit, generaliter sine dubio falsam, vi Can. all & supradictorum.
28 V. distinguente de Pavinis *P. 1. all. Tr. q. 9.*) quia *immedietate* fruitur, & *Status Imperii* quamvis non per se, repræsentativè tamen est; quæ duo causâ diversa effectu equalia sunt *arg. C. 3 N. 118. l. 22. ff. de Fidejuss.* tanquam verus ac perpetuus omniũ ad Episcopatũ pertinentium heres, ungezweiffelte Erb-Herrn deß Stiffts / uti vocantur Capitulares à St. Imperii Legatis in literis ad Archipræsulem Trevirensem invito Capitulo nitentem obtrudere Coadjutorem à se nominatum, de dato Münster d. 5. Junii 1649. quas exhibet Auctor Contin. Act. Publ. Londorpii *V. 2. L. 4. c. 109.* *Senatus Ecclesiæ perpetuus c.* Ecclesia 7. *C. 16. q. 1.* Qui enim eò cœtus Presbyterorum dicitur, est hodiè capitulum Canonicorum, genuinam inde continuatæ successionis vi trahens originem, Episcopatui ἀρχοειδῶς annexum M. A. de Dominis *L. 2. de Rep. Eccl c. 9. n. 6. pr.* Ohmius *de Jure Episc. th. 9. lit. E. v.* Gisb. Voetium *Politica Eccl. P. 2. l. 4. Tr. 2. c. 3. p.* 908. Hoc tamen ultimum fallere post Instr. Pacis benè notat Spreng. *in Luc. p.* 166. & comprobant capitula Halberstadiense, Mindanum, Magdeburgense, quæ supersunt, & superesse juxta modificationem *Art. 11.* sub pr. & §§. *Eidem Domino Elect. Similiter concedatur : Cæterùm quod ad quatuor* &c. omninò debent, extinctis per secularisationem jam
29 Episcopis : Quamvis & regulam immotam suo credo sensu. Et certè si capax Capitulum ad salutem totius Imperii deliberandi statuendiq; ex Comitiorum Jure; rationis à majori ad minus, vel minus suo modo favorabili ad magis tale omninò est, ut ipsi nec denegata sint jura, quibus terrritorii, Episcopatûs & Principatûs commodum quæritur, incommoda propulsantur. Et horum optimum est JUS FOEDERUM.

CAP.

CAP. IIX.

De negato BELLI DUCIBUS *Fœderum Jure, & quæ eis ut talibus competant.*

DUX BELLI cum *liberâ* quamvis datus omniumque rerum arbitrio, quomodo bellum adversus Etruscos commissum Q. Fabio, à Senatu, à populo, à Collega, narrante Liv. *l.10. c 26.pr.* Jure nec pacis gaudet, nec fœderum: quia summæ solùm hoc potestatis est. Eumenes ap.Liv.*L.37.c.19 pr. qui rata ista pax erit, quam sine Consule, non ex auctoritate Senatus, injussu populi Rom. peregerimus?* Quod etiam monent consules, Duces Romani exercitus in colloquio ad Pontium Imperatorem Samnitium ap.Eund.*l.9.c.5.pr.* & Quintius consul suos *l. 32.c.36.* Et Romanis quasi objicit unus Carthaginensium Princeps, *Vos*, inquit, *quod C. Lutatius consul primò nobiscum fœdus icit, quia neque auctoritate Patrum, nec populi jussu ictum erat, negastis vos eo teneri. refert* Id.*l.21.c.18.* Simile quid fœderi accidisse inter Aulum Imperatorem acJugurtham pacto legimus ap.Salust. *Senatus*, sunt ejus verba, *uti par fuerat decrevit, suo ac populi injussu nullum potuisse fœdus fieri. B. Jugurth c. 39.* De Achæorum fœdere Liv. *Societatem cum Attalo ac Rhodiis confirmarunt: cum Romanis, quia injussu populi non poterat rata esse, in id tempus, quo Romam mitti legati possent, dilata est, l.32.c.23.* Sic Hannibal Dux amplissimi imperii de pace tractaturus cum Scipione, non isto se fundat, sed *quodcunque*, inquit, *egerimus, ratum civitates nostra habitura sunt ap.*Eund.*l.30.c.30.pr.* Quasi cum potestate Imperio militari, etiam absolutissimo, comune nihil venit, Besold.*de J.Majest.S.3.C.3. n.6.ap.* Myler.*ad Rum.P.3.Diss.ad A.B.3.th.22.* Clapmarius *l.3.de Arcan. Imp.c.15.pr.* Ista verò juxta Grot. *de J.B.& P.l.3.c.22.§.7.* intelligenda de ductu belli, (ut pugnam instituendi, castra metandi, obsidiones, expugnationes decernendi, captos servandi, edicta castrensia proponendi, obsides accipiendi, & simil.) cui gerendo Dux non omittendo præponitur. Franc. Rosellus *de Jure publ. inter dispp. Basil.V. 5. Pos. 14.* cujusve gerendi pars non est bellum finire. Alioqui si Ducibus pacem aut fœdus arbitrio suo pangere liceret, legibus Principes obligarent iniquissimis, quo nil absurdius ait Bodinus *L. 1. de Rep. c.10.p.247.Ed.Francof.* Et certè, Domini jus vel facultas ejusmodi non datur clausula, verùm administratoria solùm potestas, talis est, nihil

1 2 3

amplius

amplius, & manet, ut ut maximè libera sit, qualis quantave quoque
4 concessio. Ex eâque majorem, quàm administratione simpliciter
datâ, competere facultatem post Jus canonicum *c.4. de Procur. in 6.*
Covarruv. *l.1 Var. Resol. c.6. n.3.* vult quidem praxis testantibus Illustri
Dno ab Andler. S.Cæs.Maj. Consiliar Imperial Aulico *L.2. Jurisprudentiæ tit.4. n.34.* Eckholt. *ad ff. Tit. de Procur.* §.4. Ant. Fabro. *l. 2.
Cod. Rer. in Sub. Sen. Judic T.4. def.7.* in hoc à Civili Jure dissona, argumento eorum quibus distinctionem mandati *cum* & *sine liberâ* ceu
commentitiam destruunt post Duaren. Donellum. Dn. ab Andler
all. T. n.34.35 36. Hahnius *ad Wes. T. de Procur. n.1.2.3.* Franzk. *Comm. ff.
Tit. Mandati n.60-65.* Eckholt. *d. §.4.* Meier. *Coll. J. A. de Procur. th. 7.*
Treutler. *v. 2. D. 21. th.3. lit. E.* & *v. 1. D. 7. th.2. lit. C.* sibi ipsi contrarius *D. seq. 27. th. 5. lit. B. C.* Bachov. *in Notis lit. C. & B C. p.m. 275. 1014.*
Vinnius *Comm. ad Inst. §.42. de Rer. div.* Id. *l.1. Sel. Q. 9.* Locamer. *Quæst.
Justiniana 156.* Dissent. Dn. Struv. *S. J. Civ. & in Evol. Controv. Ex. 7.
th.25.* Brunnem. *Com. ad ff. l.58. de procur.* Wissenb. *v.1. Disp. w. 12. th. 10.*
Wesenb. *d. n.3.* Ant. Dadinus Alteserra *ad Inst. all. §. 42.* Joh. Rod.
5 Faber *Clavis Jurispr. l.3., T.27. p.210. Ed. Gratianopol. 1638.*) ne tamen
ultra formam mandati, reive demandatæ vim ac mentem committentis extendatur, perpetuâ nititur æquitate. Nam hoc est certi
juris, præpositum cuicunque negotio cum maxima potestate & libera, hanc esse in determinato solùm concessam, & ex consequentia
rationis administrationisve, ad diversum planè negotiũ non nisi absurdè trahi, quod nec diffitetur istius distinctionis fautor Card. Mantica
6 *Lucubr. Vatic. de Tac. & Amb. Conv. l.7. T.16. n.36.* post *Gl. Alber.* & *Jas.* Sic
procurator datus ad unam litem, etsi vel generali mandato atq; cum
liberâ, aliam tamen agere non potest. *l.10. ff. de* Procur. Mevius P.5. *De-
7 cis.269.* Faber *L.2. Cod. T.8. def. 28. n. 1.* Nec transigere datus ad defendendum, licet simpliciter aut generaliter. *L.7. C. de Transact.* ibique
Brunnem. *l.6. ff. de Procur.* Dn. ab Andler. *d. T.4. n.33.* Mev. P.2. *Dec.
8 140. pr.* Idem nec solutionem accipere *l.13. ff. de Pact. l. 86. de Solut.*
nam tale mandatum aliud est, aliud actionis exercendæ, seu exigendi. Zanger. *de Exception.* P.3. *C.1. n. 114.115.* uti judicatum ap. Mevium
9 P.5. *Dec.293.294.* Jung. P.6. *Dec.26. n. 11.* Transigendi autem de belli
causis & consequentibus, seu pacis tractandæ jus, à belligerandi officio seu commissâ exercitûs rectione secretum esse, constat ex diversissima horum natura ac conditione, nec nisi frigidissimè ab hâc
ad istud, aliud quoddam majestatis jus, infertur. Nec pax, sed
victoria est finis belli proprius v. B. Dn. Schütz JCtum illustrem *Coll.*

J.P.

*J.P.v.2.D.13.th.2.lit.A.p.m.*862.863.Hermes.*Fascic. J.P.c.*11.*n.*138.
139.Distinguit Clasen inter finem belli terminativè, ac sumtum causaliter *l.3.Pol.c.6.§.15.* Imò ut ut in procuratore cum libera rerum ad- 10
ministratione transactionis concedamus facultatem, & ad eum belli Ducem componamus. *v. omninò* Strauch *d.c.2.th.4.* non prorsus tamen eadem negotiorum ratio est privatorum, & pacis sanciendæ vel fœderum, cum res tam ardua hæc sit, in qua tutius adeò insistitur regulæ, generali sc. concessione non comprehendi ea, quæ quis in specie non erat concessurus. *arg.c.4.x.de Off. leg.* Gudelin. *de Jure* 11
*pac.c.2.n.3.p.*19. Et dato quod tali CLAUSULA Jus fœdera feriendi voluerit simul concessum Princeps, Dux belli eo vi specialis declaratæ voluntatis uti solùm poterit, non officii potestate, quam liberam esse intra militarium actuum fines aliud est, aliud naturam officii, considerati abstractivè, egredi liberè posse. Quæ dum confundit Duarenus *in l.5. ff. de Pact.* versf. *jam ut eò revertamur. pr.* Duci cum liberâ pacis haud veretur adscribere arbitrium, notatus ob hoc jam à Dd.

Itaque expressa quæ specialiter, quæque de natura sunt deman- 12
dati officii; vel inesse solent; vel saltem probabiliter eo contineri censentur, Dux belli explicare poterit, ac, à quo electus, obligare illum ad fidem, qui enim, inquit *Grotius*, dat facultatem, dat quantum in se est, quæ ad facultatem sunt necessaria moraliter *l.3 c.22.§.2.*
Hinc inducias dare breves solum (seu Armistitium) Duci regulariter 13
potestas, Id. *§.*8.Dn.Ziegler *in Not.ad h.§.* Gudelin.*de Jure pac.c.*2.*in fi.*Petr.Bellinus *de Re milit.P.5.T.1.n.3.inT.16.Tr.Tract.*Richard. Dieter.*de summa summi Imperat.pot.concl.*107 *inNucl.Disc.J.P.*Gerh. Feltm.*in Comm.ad Lib.*1.2.*ff l.5.de Pact.n.*3. Hermes. *cit.c.*11.*n.*156. B. Dn. D. Lebleu *Diss. Pol. de Induc.* §.6. adi hoc inprimis doctè declarantes B.Dn.Schütz *all.D.*13.*th.*16. *lit. H.* & Dn. Strauch. *Diss. Academ.*5*ta de Induciis Cap.*2.*th.*1-6. quæ, cum in genere sint pactitia ab actibus bellicis cessatio, bello manente, securitatis gratia, quantum à fœdere differunt, quantum à pace, obscurum haud esse potest. Jung.Dn.Schütz *D.*12.*v.*2.*th.* 2.*lit.G.*Ehrenb. *L.* 1.*de Fœd. c.* 3.*p. m.* 166-168.272.Thöming. *v.*1.*Consf.*13.*n.*181-185.Gudelin.*c.*1. *de J. pac. n.*5.Boecler.*Inst.Pol.l.*2.*c.*7.*p. m.* 165. & evidenter probatur talis dif- 14
ferentia, quod illud: *Tempore belli non currunt sed dormiunt praescriptiones.c.*10 *x.de praescript.*Mevius *P.*2.*Decis* 1. *n.*7. *& P.* 8. *Dec.*279. Klock.*v.*2.*Consf.*21.*n.*64. Cacheranus *Decis. Pedemont.*177.*n.* 10. fac huc R. J. noviss. de anno 1654. *§.*172. pr. in induciis etiam locum ha-

F beat,

15 beat, testante de comuni sententia Eod. Cach. *n.9.* Pacem sæpè negatam, inducias datas ait Grot. *l.3.c.21.§.2.* passim etiam notatum legimus in *Liviana* historia. Sic Samnites, infectâ pace quia de conditionibus agebatur, inducias annuas ab urbe retulerunt. *l.8.c.37.pr.* Pax Etruriæ negata, induciæ biennii datæ. *l.10.c.5.* Istam petentes tres urbes, Etruriæ capita, has à Romano Senátu impetrant in quadraginta annos. *d.l.10.c.37.pr.* Vejentes pacem petitum Oratores Romam mittunt. Agri parte multatis in 100. annos induciæ datæ *l. 1. c.15. sub fi.* Et novimus ex pactis inter Carolum V. ac Gallum superioris seculi ap. Thuan. *Cæsar,* (ipsius utor verbis) *cum meritò vereretur, ne primis Regni auspiciis ab omnibus rebus imparatus filius præcipiti ætatis fervore belli aleam infeliciter tentaret, respirandi spatium aliquod ei necessarium judicavit, quo in Imperio confirmatior, & rebus ad bellum necessariis instructior, si opus esset, antiquas denuò cum Rege controversias armis persequeretur: ob idq; interventu Poli Cardinalis, qui Mariæ Anglicæ nomine quasi sequester de pace egerat, urgebat, ut si pax fieri non posset, induciæ in aliquot annos pangerentur. L.17. Histor. ad Ann. 1556. p.343 sub fi.* Secutæ in quinquennium sunt. Idem de Philippo Macedone Liv. *l.29.c.12. Non satis fidens viribus ut urbem oppugnaret, & cum Romanis quoque, sicut cum Ætolis, cupiens pacem, si posset, sin minus, inducias facere.* Tales antehac inter Suecos ac Polonos, Hispanos Belgasque multoties fuere, pace demum initâ ab his anno Seculi hujus 48. cujus articuli extant in *vol. 2. Contin. Act. publ.* Londorpii *L.3.c.218.* ab illis Olivæ A. 1660. juxta Instrum. Pacis Oliv. pr. *Postquam à multis annis bella dissidiaque inter Srmos Reges, Regnaq; Sueciæ & Poloniæ orta, & interdum induciis, præcipuè verò sexennalibus A.1629. deinde viginti sexennal. A.1635. sopita & composita fuerint:*

16 Non tamen diffiteor, longiores, aliquot v.c. annorum, inducias pacifœderibusve annumerari posse, quod ajunt Thoming. *all Conf.13. n.171.180.* Bellinus *d n.3. P.10 T.2 n.19* Ehrenb. *d.p.* 208, aliique Dd. Hinc Nicol. Papa in *c. illi. 25.q.5.C.24. Pax verò illa quam Treugam dicimus sic observetur,* &c. Liv. *Pax populo Caritis data, induciæq; in centum annos facta L.7.c.20. sub fi.* Inter Henricum VII. Angliæ, & Jacobum Scotiæ, Reges induciarum titulo pacem constitutam refert Boeclerus *Diss. Polit. citâ p. m.* 355. hodieque iis est commune, quæ à confinibus cum Turca pactæ, pacis fœderisve nomine promiscuè veniunt, ut constat ex formula induciarum inter Rudolphum

17 II. ac Amurathem ap. Ehrenb. *L. 2. de Fœd. c. 1. p.* 248. 252. Sed tales, abusivè sic ac largè dictas, dare Ducum haud est, juxta Dd.

laudatos,

laudatos, eòque respexisse videtur *Paul.l.19.ʃ.1.de Captiv.* Inducias per breve tempus definiendo ac præsens, ita interpretantibus Struchio *c.Diss.5.c.1.th.*8 Ziegler *ad* Grot.*l.3.c.*21.§.1.Hermes *n.*154.*c.*11. Nunquam hinc consules pacem aut inducias concedere longiores sunt ausi, aut, fœdus pangere, rejectis ad Senatū semper petentibus, ut legatis Samnitium Liv.*l.*8.*c.*1. & 36. Philippi *l.*29.*c.*12.*l.*32.*c.*36.*l.*33.*c.*13. Achæorum *l.*32.*c.*23. Ætolorum *l.* 38.*c.* 10. 11. aliorumque. Quod de concluso intelligendum. Ideam enim pacis vel fœderum aliquando præscripsisse in aprico est, præsertim cum procul bellum gererent, ut Romæ status ejus sic innotesceret. Verùm quicquid egerant ratum non erat prius quàm populus assensisset. Gudelin. *d.c.*2.*n* 6. Hinc Tac. *donec referrentur literæ Neronis, an paci annueret. Annal.l.*15.*c.*16.*n.*2. Et hæc de potestate Ducum officio congruâ naturaliter.

Non, quod asserui superius de negato Duci fœderum Jure, admittit (α) *Distinctionem* an hoc pangere sit ad honorem commodumve Principis evidens: Si verò dubitetur, an nulla Ducis culpa in administrando bello præcesserit, bonaque fide agat; an aliqua mali suspicio queat subesse: quam tradit Luc. de Penna *in l.fi.C de Re mil.* relatam à Mantica *de Tac. & Amb. Conv. L.*27.*T.*7.*n.*29. Quæstio enim de potestate Ducis orginaliter (1) est, quæ ex post gesto non æstimanda, sed voluntate præponentis, sive specialiter expresŝâ, uti jam monitum, sive ex ipsa præpositionis natura collecta. Et (2) de vi obligationis ex istius facto transferendæ, ita ut, velit nolit, obstrictus sit præponens ad observantiam fidemque per modum fœderis vel aliter gestorum. Quod si desit vinculum, frustra de commodis quæritur; quæ spernere, Princeps non quidem præsumitur, attamen licet, & sic ad ejus voluntatem redibit res, cessante de potestate Ducis quæstione. Licet, inquam, absque violanda fide, quam hic non dedit. Non inconcinne loquitur de hoc Sp. Postumius factæ cum Samnitibus pacis ad Furculas Caudinas sponsor ap. Liv. *Nec ego inficias eo, P.P. conscripti, tam sponsiones quàm Fœdera sancta esse apud eos homines, apud quos juxta divinas religiones fides humana colitur: sed injussu populi nego quicquam sanciri posse, quod populum teneat.* Et post; *Quid vobiscum, PP. conscripti, quid cum populo Romano actum est? Quis vos appellare potest? Quis se à vobis dicere deceptum? hostis? an civis? Hosti nihil spopondistis: Civem neminem spondere pro vobis jussistis. Nihil ergo vobis, nec nobiscum est, quibus nihil mandastis: nec cum Samnitibus, cum quibus nihil egistis*

(margin: 18 (α) beside "admittit"; 19 beside "Quæstio")

L.9 c.9. Frustra de bona Ducis Fide, bellique administratione: cum utraque etiam mala non demat quid potestati, *si* quæ ad fœdera *data* vel ad aliud extra belli ductum: quod & innuunt verba Postumii in *d c.9. Non indignitas rerum sponsionis vinculum levat. Si quid est in quod obligari populus possit, in omnia potest. Si non*, nec bene gesta effectum habebunt contrarium dantis voluntati, ac præter limites functionis, nec quæ in uno officiorū sunt genere, dabunt ad aliud non demandatum facultatem. Antequam rei justitia, personæ
20 quærenda habilitas. (3) Tametsi privatis in rebus vel maximè melior mandantis fieri potest conditio, & paruisse mandato interpretamur eos, qui uberius ac melius, quàm jussi, negotium gesserunt, juxta *l.5 §.5.l.10.§.8.l.33.ff. Mand §.8.J.eod.l.25.§.11. de Aeq. Her.* cum simil. Mantica *de T.&A.C.l.7.T.15.n.39.* quò tendunt leges, quibus in vim probandi *de Penna* utitur: non eadem tamen in publicis, in bello, valet interpretatio. Bodin. *L.3. de Republ.c 2. circa fi. p.* 420. ob majus non correspondentis principio eventûs periculū. *arg. l.1. §.5. de Carbon. Ed.c.3. pr. de Elect. in 6.* Si prosper ille, non Ducis est, sed fortunæ, ipsi tamen summè periculosus, ob usurpatas Domini partes, cui rem in discrimen mittere soli licet. Nam qui rem prohibitam in bello fecit, aut non servavit mandata, capite punitur, etiamsi res bene gesserit *l.3. §.15. de Re milit.* Tutius proin insistitur mandato, quod hic, in bello, ad unguem aliàs servandum, nec commutare licet in rem utiliorem. Ad id quod facere quis jussus, obsequio debito respondeat, non consilio non desiderato, dissolvitur aliàs officium omne imperantis, ut prudenter monet Gellius *L. 1. Noct. Att c, 13. in fi.* Sic laudatur Sylla castrorum Cæsaris præfectus, ob non consertas cum hoste manus, victoriæ quamvis firmâ nisus fiduciâ. *L.3. de Bell. Civ. c.51.* hinc Manlius Dictatoris permissu cum Gallo gestiens pugnare *Injussu tuo*, inquit, *Imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non si certā victoriam videā.* Liv. *L.7. c.10. pr.* Sic idem Manlius adversus Latinos prosperè licet, injussus tamē, pugnans securi percutitur. *L.8 c.7.* idem passus Posthumii Tuberti Dictatoris filius Val. Max. *L.2 c.7. exempl.6.* uterq; paterno imperio: & idē suppliciū de Q. Fabio Samnitiū victore, quin sumtū esset, parum abfuit, quod docent
21 acta ap. Liv. *l.8. à c.30. usque 36.* Quin & in privatis mandatum adeò laxè interpretari fas non est, ut ejus formam vel objectum liceat egredi, quando, quomodocunque mandantis subest commodum: quod juxta LL. all. junct. *l.3. pr. l.5. §.2. 46. Mand.* permissum intensive demum, circa eandem speciem, minimè ad aliam diversamque extendi

tendi poteſt, cumprimis ubi mandatum determinatè loquitur, certis præſcriptis finibus, quos diligenter cuſtodire convenit, nam qui excedit, aliud quid videturagere *d.l.5. pr.l.7.§.3. de Reb. eor. qui ſub.tut.* v. Dn. Struv. *Ex.22. th.9.fi.* Franzk. *Comm. ad ff. T. Mand. n.73.74. 80.81.* Grot. *de J. B. L.2.c.16. §.21.*&, quem inſtar omnium de implemento ac interpretatione mandati evolvere ſufficiet, Mantic. *de T. & A.Conv. L. 7. T. 15. & 16. per tot.*

Nec (β) *Exceptiones* α] *Si* Dux ſit pactus Principe non contradicente; *vel* β] ſub conditione, *ratum id fore, ſi ſuperior cenſuiſſet*; quod expreſſum in fœdere Lutatii cum Amilcare ap. Liv. *l.21. c.19.* *vel* γ] ſpeciali ad talia mandato inſtructus, aut facultate, qualis ex rogatione Quiritum decreta Scipioni Africano, pacem ſc. faciendi cum Carthaginenſibus, *quibus legibus ei videretur.* Liv. *l. 30. c. 43.* Eadem à Carthaginenſibus Hamilcari conceſſa ad pacem cum Romanis conciliandam. Corn. Nepos *in vita Hamilc.c.1.n 3. ibiq.* Kirchmajer. *in Not.* Et T. Quintio Conſuli liberum pacis arbitrium ac belli adverſus Philippum permiſſum, narrat Liv. *l.32.c.37.*] ceu non de regula, vel non de poteſtate Ducis, quà Ducis, quam diſceptamus. Nam *hoc* caſu ut mandatarius contrahit, ex commiſſo ſpeciali, quod poteſtati Ducis, ut tali, nil addit, cum ablatum nec detrahat quicquam. Connotatur ergo non poteſtas officii ratione per ſe competens, ſed ſpecialiter ſic honorata, ad inſtar legati, in quam inquirent tunc, quibus fœdus pangendi placitum, ne ſit, quod à mittente objiciatur de ſupergreſſo mandato, vel huic non convenientibus pactis, quibus fidem adeò deneget in partis præjudicium, quod in fœdere Ferdinandi Hiſpan. Regis per generum Philippum Auſtr. cum Gallo Ludov. XII. anno 1503. inito accidiſſe refert poſt Feſch. *Diſſ. de Fœd. th.15. Lit. A.* Carpzov. *de Pacto Confrat. Saxon. Haſſ. c.2. th. 24. n. 51.* Cautè hinc Scipio Carthaginenſium Legatos Romam proficiſci juſſit, ut à ſe cum iis acta Patrum auctoritate, populique juſſu confirmarentur. Liv. *l.30.c.44.fi.* *Illa* auctoritatem Principis ſolùm τὸ εἶναι conſtituere, extra controverſiam eſt, cum niſi ſequatur conditio rati, ſeu verbis impleta, ſeu facto. *l.5. Rat.rem.* de cujus modis conſulendus Menoch. *Remed. 15. Retin. Poſſ. n.118.-125.* Lancellot. *Tr. de Attent. & Innov. P.1.c.1.n.55.57.59.61.63.* Mev. *P.2. Deciſ.32.* ſint nulla quæ geſta. Cothman. *Reſp. Academ. 24. n. 42. V. 6.* Grot. *L. 2. de J.B.c.15. §.17.n.1.* etiam quoad Ducis obligationem. Id. *l.3.c.22. §.12.* Non ſic, ſi ejus aliqua hîc poteſtas. *Iſta* inanis iterum eſt Ducis, quà excedit poteſtas. Hanc ex conſenſu dantis metiri quidem fas eſt, ſed alio in

22 (β) γ) β) α)

 expreſ-

expressis modo, alio in his, quæ ex notitia silentioque colliguntur. Illic sufficiunt verba: non hîc scientia. Hæc arbitrium non sed Jus dat, sed dantis mandatum. *Nec à me nunc quisquam quæsiverit,* [utor perorantis Postumii verbis] *quid ita spoponderim: cum id nec Consulis Jus esset, nec illis spondere pacem, quæ mei non erat arbitrii: nec pro vobis, qui nihil mandaveratis, possem.* Liv. *l. 9. c. 9.*

23 Illud quidem est, quod suo modo scientis patientia eadem sit ac mandatum, idemque ac consensus operetur expressus quoad actûs validitatem. Salgado de Somoza *P. 1. de Reg. Protect. c. 1. prælud. 3. n. 148. cum mult. All.* Jac. Cancerius *Var. Resol. Jur. P. 1. c. 18. n. 38.* Cothman. *V. 2. Resp. 99. n. 113.* Mascard. *v. 3. de Probat. Concl.* 1008. *n. 22. 25. arg. l. 6. §. 2. l. 18. ff. Mand. l. 6. C. eod. l. 13. §. 11. l. 60. ff. Loc.*
24 *l. 1. §. 5. de Ex. A. l. 1. §. 3. de Trib. A. l. 12. §. 1. qui not.* Unde Procurator excedens fines mandati; Extraneus in judicio domini nomine contendens; dominum obligant scientem non contradicentem. Cancer. P. 2. *c.* 14. *n.* 13. Masc. *Concl.* 1159. *n.* 19. 20. 27. Mantica *all. l. 7. T. 7. n. 3.* Zanger. *de Except. P. 2. c. 8. n. 30.* Schrader *Tr. F.* P. *10.*
25 *S. 1. n. 147. cum mult. All.* Mev. P. *2. Dec. 159.* Solvens ei, qui se ut mandatarium publicè gessit sciente domino, liberatur. Id. *P. 5. Dec. 173.*
26 Gerens se pro locum tenente, sciente & patiente superiore, præsumitur ab eo ad hoc habuisse mandatum. Masc. *d. concl.* 1159. *n. 5. qui à*
27 *n.* 3. *usque n.* 25. *varias antè dicti ponit illationes*] & consequenter Principis, scientis quæ ultra commissum Dux agit, nec dissensum declarantis, obligatio ad talia orta queat conjecturari, exemplo Romanorum, hæc adversus Carthaginenses de fœdere urgentium cum Asdrubale facto. *Tot annorum silentio,* inquit Liv. *ita vivo eo comprobatum est fœdus, ut ne mortuo auctore quicquam mutaretur. L. 21. c. 19. pr.* eòque justius, quo fortior expresso reputatur consensus ex scientia & non contradictione cum diuturnitate temporis inductus, secun-
28 dùm Salgado *c. præl. n. 151.* Attamen, præterquam quod tacens ejusmodi pro consentiente non habeatur præcisè, sed præsumtivè tantum, & sic in præjudicialibus, varièque ejusmodi cesset æquiparatio, de quo plenius instruunt. Raph. de Turri *Tr. de Cambiis Disp. 1. q. 19. p. 69. Ed. Francof.* 1645. Cancer. *d. c. 14. n. 14. - 16.* Masc. *d. Concl.* 1008. 1159. *n. 30. - 54. C.* 1216. 1225. Cothman. *v. 4. Resp. 1. n. 148. 149.* Zanger. *d. P. 2. c. 1. n. 367. 368. P. 3. c.* 11. *n. 34. 35.* Faber. *L. 2. Cod. T. 3. Def. 3. L. 8. Def. 2. T. 15.* Covarruv. *T. 2. PP. Quæst. c. 15. n. 5. vers. deinde.* Rosenthal. *Syn. Feud. c. 9. Concl. 29. Concl. 77. à n. 6. & Concl. 78.* Bach. *ad §. 8. J. q. m. pat. n. 1.* quæstio est, alia de obligatione Principis ex

facto

factο Ducis ſimpliciter & per ſe; alia, an & quomodo tertio, quo cum hic egit, obligatum iſte ſe reddat. *Dum* in demandato ſibi negotiorum genere paciſcitur Dux, committens ad obſervantiam obſtringitur *ἀμέσως*: Ducis enim factum eſt terminus à quo obligandi proximè. *Dum* limites egreditur, jus evaneſcit, quo Dominum obligat. *arg. l. 27. pr. ff. de Proc.* Hic ſi addat poſt conſenſum, aut ratione quâdam evidenter pars altera doceat ſecutam ejus approbationem, non Ducis, ſed proprio facto ac *ἀμέσως* quæſitam Principis obligationem, hujus non cauſam iſtum, occaſionem licet, eſſe ſubfacile quivis intelliget: Sed quis Ducis ejuſve poteſtatis hîc eſt reſpectus? in terminis prædictorum Grot. *Sine re*, inquit, *aut facto aliquo ſilentium non ſatis probabilem voluntatis conjecturam ſuppeditat. Si verò actus aliqui acceſſerint, qui ad aliam cauſam referri probabiliter nequeunt, tum rectè intelligitur actus ratus eſſe habitus L. 2. c. 15. §. 17. n. 2. & l. 3. c. 22. §. 3.*

Quomodocunquè denique Ducis extendatur poteſtas, vel aliâ, 29
quàm decet, ſe exerat viâ, res erit facti, non juris, de quo ſolùm tamen diſceptatio, totumque ab arbitrio ac auctoritate ſummæ poteſtatis dependens. In actu verò ſi quod Juris conſideramus, irritus hic & nullus erit, perinde ac ſi naturaliter nihil factum, ob formalem ejus defectum ex agendi poteſtate negata reſultantem. Quamvis Du- 30
cum maneat obligatio, mandati fines excedentium, aut majus, quàm habebant, præ ſe ferentium Jus, ad intereſſe vel pœnam, juxta doctrinam Grotii *d. c. 15. §. 16. & c. 22. §. 4.* vel deditionem Romanis heîc uſitatam, quam in ſe ipſo ac ſociis juſtam pronunciat Poſtumius ap. Liv. *l. 9.* *Nil quicquam ex ſponſione, præterquam corpora noſtra debentur Samnitibus. His ſponſores nos ſumus, rei ſatis locupletes in id, quod noſtrum eſt: in id, quod præſtare poſſumus, corpora noſtra, & animos: in hæc ſæviant, in hæc ferrum, in hæc iras acuant. c. 8. pr. & 9. f.* Quæ mirum quantum cum poteſtate Ducis, *quà Ducis*, pugnant.

Nec hanc illimitatam adſtrui credo in *l. 5. de Pact.* [cujus ſen- 31
ſum in ſecundo Cap. ſuperius jam, quantum ad conventiones, explanavi, quæſtione juris in hunc remiſsâ locum] quod facilè liquebit cogitanti, Ulpianum *ἐν παρόδῳ* adjicere voluiſſe, quid publicam per conventionem velit intellectum, non tam ejus ſpecies deſignaturus, quàm naturam ac effectum. Non placet ſequi, quos refert Mantica 32
de T. & A. Conv. l. 27. T. 7. n. 30. ut Dux intelligatur, qui bellum gerit nomine proprio, qualis eſt Princeps: nec adſtipulantem Brautlacht *Conſult. 3. n. 11.* ubi aliàs, inquit, dici oportuiſſet *Duces exercitus.*

Nam

Nam Principis ſolius non eſt conventio publica. Apud Romanos autem nomen Ducis primùm magiſtratum ſignificabat militarem fa.huc *L.3.§.15.de Re mil. l.2.§.1.qui not.* Unde eo tempore, quo nomen Imperatoris ad ſolum Principem translatum fuit, non potuit non Dux belli & Dux exercitûs haberi pro eodem: Certè à ſtatu eorum Ducum, qui antea rei bellicæ præfecti, poſt provincias ſimul ap. Romanos gubernabant, ad jus & poteſtatem hodiernorum Imperii Ducum argumentari neutiquam licet. *V.* quæ de Ducum nomine, origine ac officiis tradunt Limn. *L. 4. J.P. c.3.* Mylerus *Archolog.*
33 *Ord.Imp.c.6.n.9. & c.7.* Sed de induciarum pactis aut ſenſiſſe JCtum, dicendum cum Dn. Strauch. *c.3.de Induc. th.1,* Ræwardo *L.4. Varior. c.1.p. 643.* Gudelin. *c.2. de J.Pac. in f.* Zœſio *Comm.ff.de Pact.n.4.* Marqu. Frehero, *παρέργων L.2.c.8.pr.* vel de iis, quæ populum non obligant, cujusmodi ſunt pacta de annuo ſtipendio & duorum menſium frumento, juxta *all.* Ræv. *p.645.* aut de caſu quo ſummæ poteſtatis conſenſus ad ultrà paciſcendum Duci datus. Et Fœdera & Pacem validè ſic init.. Quod in contrario caſu firmiter negandum, & poſt hactenus deducta dubii amplius juris, ni fallor, eſſe non poterit.



CAP. IX.

De PRIVATORVM ac SVBDITORVM Fœderibus, Conventibus licitis & illicitis.

1 INter privatos non, nec cum ſubditis fœdera poſſe pangi, conſequens eſt juri, quod ad hæc iſtis denegatur, & immediatis & territoriorum Dominis ſolùm competit, ceu uni, ſoli, ſemper proprium, adeò ut privatis vel in minimam ejus ſpeciem moliri quid non liceat,
2 v.c. collegia inſtituere, vel quod idem extincta ſemel reparare *l.1.pr. ff. quod cujusq. univ. L.1. de Colleg.* Mev. *P.3. Dec.38. n.16. P.4. Dec. 301.& 378.* Id. *ad Jus Lub.P.4.T.13. Art.3. n.4.* Franzk. *Comm. ad ff.*
3 *Quod cujusq. univ.n.3.* Agere conventus, quos ex eadem qua fœderum prohibendi ratione regulariter damnant, deteſtantur, reprobant Jura, Canonicum *C.Conjur.21. C. Conſpir. 22. C. Si qui 25.C.11. q.1.c.15. de Conſecr. diſt.3. c.11. x.de Teſt.cog.c.14. x. de Exceſſ. Prel.* Civi-

le

le *d.l 1. l.3.§.1. & t.t.ff. de Colleg.l.15. C.de SS.Eccl.l 5. C.qui ad Eccl. l.1.2.C de Sedit.N.17 c.2.* ibique Dd. *Const.Frider.de Pace ten.§.2.* Imperii, in Receſſibus, Land-Fried de Anno 1548. §.1. ibi. noch einige verbottene *conſpiration* oder Bündniß *cum ſimil.* Aurea Bulla T.15. & Capitulationibus Caroli V. Art.6. Ferd. I. Rud. II. Matthiæ & Ferd. II. Art.5. Ferd. III. & IV. Art.6. Leopoldi Art.7. Wir ſollen und wollen auch alle unziemliche häſſige Bündnüſſen/ Verſtrickungen und Zuſammenthun der Landſaſſen/ Unterthanen/ gemeinen Volcks und anderer/ was Stands oder Würden die ſeyn/ aufheben/ abſchaffen. & Art. 9. verb. unterm *pratext* der Hanſeebündniß und andern dergleichen Vorwand zuſammen zu kommen/ das *Inſtrum. Pacis* aber allein Chur Fürſten und Ständen *Confœderationes* und Verbündniſſen/ worunter inſonderheit die begriffen/ welche zu des Reichs beſten &c. einzugehen erlaubet/ und denen Unterthanen dergleichen nicht zugibt. & porrò und nicht geſtatten / daß der gülden Bull/ dem Frieden-Schluß und denen Reichs-*Conſtitutionen* zuwider einige *mediat* Unterthanen mit außwertigen Potentaten und Republiquen, oder anderwertigen Reichs Ständen oder dero Land-Ständen und Unterthanen einige *Confœderation, Protection, Mediation* und *Garantie ſub quocunq; pratextu vel colore* eingehen oder aufrichten mögen. Sub quocunque ergò incantur, niſi Dominorum 4
adſit auctoritas, conſenſus; colligationes, conſociationes non fœdera erunt, ſed quibus Principis graviter læditur majeſtas *l. 1. ad L. J. Maj.* Menoch. *de Arb. Jud. L. 2. Caſ. 597. n. 2.* conſpirationes, factiones exitioſæ publico, Liv. *Factiones fuere eruntq; pluribus populis magis exitio, quam bella externa, quàm fames, morbive l. 4. c. 9. pr.* & conjurationes, à rebellione parùm diſtantes. V. quæ de prohibitis privatorum conventiculis ac fœderibus diſſerunt Feſch. *de Fœd. th. 10. & 3. Lit. D.* Dietrich *ad T. 15.* A.B. *verb. & Civitatem. p. 71.* D. Schütz. *v. 1. J. P. d. 4. th. 4. lit. C. & v. 2. d. 12. th. 10. lit. D.* Rumelin. *ad A. B. P. 2. Diſſ. 4. th.* 31. ibique Myler. Buxtorf. *ad A. B. concl. 95. lit. A. & 98. Lit. A.-F.* Ehrenb. *l. 1. de Fœd. c. 2. p. 239.* Magerus *de Advoc. arm. c. 1. n. 101. 102. & c. 6. n. 424. 425.* Carpz. *ad L. Reg. c. 6. S. 5.* & quæ de controverſia inter Epiſcopum Monaſter. ac Civitatem A. 1658. mota Ob die Statt Münſter in Krafft des Hanſe-Bunds befugt ſey/ wider ihres Landes Fürſten Wiſſen und Willen/ Verbündniſſen mit andern Herrſchafften einzugehen refert Burgold. *Not. Rer. Imp.* P. 1. *d. 21. n. 19. p. 397-400.* 5

Et quamvis (1) ceſſante mali præſumtione, qualis regulariter ſubeſt, Rumel. *d. th. 21.* Mantica *de T. & A. Conv. L. 27.*

T.7. n.7.8. Mascard. *de Prob. concl.* 451. *vol. 1.* Schrader. *Tr. Feud. P.10.S.10.n.27. coire* nonnunquam permittatur, ut religionis gratiâ *l. 1. §.1. de Colleg.* quam *arg. l. 2. de Extraord. Crim.* rectè refert *Ravardus* ad statos quosdam, solennesque dies, quibus ad templa, ædes, ædiculasque Deorum sacras, concursu populi supplicabatur, suscipiebantur, nuncupabantur, solvebanturque vota. *L.3. Conjectan. c.13.* vel in causis privatis, juxta distinctionem Dietrichs *ad T. 15. A. B. verb. & cassatas p. 72.* jung. Mev. *ad Jus Lub. P. 4. Tit. 13. Art. 1.* tamen in iis quæ publicâ auctoritate debebant ordinari, in publicis salutem patriæ concernentibus, quorum prima sunt fœdera, auctoritatem privati sibi sumere nullatenus audent, nisi Jus majestaticum
6 sibi arrogaturi, rei alienæ temerarii contrectatores. Nam cum objectum ac supremi regiminis finis publica pax sit, atque subditorum utilitas, & ob hanc istud à Deo concessum *v.* Salgado *de* Somoza *de Reg Protect.* P.1.c.1. *prælud. 1. n.41. 43. 44. p.10.* Principis certè solius erit prospicere publico, tam rerum, quàm personarũ ratione, & territorium ac regioně defendere, velut de regalibus in signum competentibus superioritatis, *in terminis Regiæ protectionis* Id. Salgado *d. P. 1.*
7 *c.2. n.32.33.34.* Neque favorabile defensionis aut resistendi jus dabit hîc subditis licentiam: quod, ut optimè notat summus *Bœclerus*, naturale nunquam fuit, nisi cum ordinis respectu, seu salvo ordine, quem natura socialis suo fini consequendo supremo loco destinavit. Naturaliter inest in isto hæc exceptio, *nisi resistendo violetur ordo socialis*, cujus primam & summam rationem ipsa natura habet. *in Comm. ad* Grot. *l.1. c.4. §. 2. pr. p. 267.* aliud responsionis genus suppeditat Mager. *d.c. 6. n. 398. - 415.* Nulla hinc in talibus conventicula subditis & privatis erunt licita, nisi præmisso superiorum assensu: Imò ne hunc unquam impertiant, quocunque etiam nomine habeantur, non præsente quodam suorum delegatorum pro maxima regendi eis inculcat Lud. Septalius *L. 2. de Rat. Status c. 12 p.153.*

8 (2) Quamvis *amicitiæ fœdus* inter privatos contrahatur juxta illud Ovidii

Fœdus amicitiæ nec vis charissime nostræ;
Nec, si forte velis, dissimulare potes. *L.3. Trist. Eleg. 6. v.12.*
- - - - - - ubicunque locorum
Vivitis, indigni fraternum rumpere fœdus. Hor. *l.1. Ep.3. in f.*

hinc fœdus naturale, *l.19. C. de Ep. & Cler.* nuptiale, *C. Nostrates. 3. C.30. q.5.* conjugale. *c.26. fi. x. de Sponsal. c 6. fi. x. de frigid. & malefic.* matrimonii, *c.1. x. ut lite non cont. l.7. pr. C de rev don. l.1. C. de infirmand.*

firmand.pœn.cœl. attamen hoc fœderis nomen non nisi abusivè meretur, ut docent Mager. *d.c.6.n.427-429.* Ehrenb. *L. 2. de Fœd. c.1. p.21.* nos autem de eo quod proprie tale est, & juxta sensum juris potentiorem loquimur: in quo cum Abraham, Mamre, Escol & Aner fœderatos fuisse infrà *cap.10.* concesserim, ne quis suspicetur, monendum duxi, Abrahamum hoc, ceu privatum, iniisse fœdus. Talis enim non simpliciter, sed Rex erat terræ designatus ab Altissimo, occulto quamvis adhuc ejus Jure. Paræus *Comm. in Gen. c. 14. vers. 14. p. 1093. lit. C.* vel ut *Andr. Rivetus* Etsi in terra illa ne vestigium quidem pedis possideret, non carebat tamen præfecturâ, tam ecclesiasticâ, cum sacris apud suos præesset; qàm civili ac politicâ, in segregata ab aliis populis familia tam numerosa, qualem esse oportuit, in qua tot vernæ reperiebantur armis apti, ut ferè dicere possimus, ex patrefamilias profecisse Abrahamum in Principem. Nec potest in toto illo tractu Princeps aliquis ostendi supremus, à quo alii penderent, qui cum Abrahamo potuerit expostulare de usurpata potestate non competenti alienaque. *Exerc. ad Gen. 75 p. 292.* Idem post Corn. à Lap. ait Osiander. *in Obs. Theol. ad* Grot. *l.1.c.2.§.2. Obs.1. p.338. c.4.§.1. Obs.1. p.526.* & brevibus Dn. Ziegler. *in Not. ad h. §.1.* 9

Nec erit fœdus quod cum subditis conventum ab Imperantibus, sive (β) de *regiminis jure* legibus adstringendo fundamentalibus, prout vel pauci hodie, vel nulli reperiuntur, quorum potestas certis non sit restricta capitulationibus, teste Ehrenb. *in versim. theol. Jur. Polit. de Regni subsid. & Oner. subd. c.11. n.40. p.m.105.* Dn. Schütz *de Vicar. concl.38.* & per exempla Carpz. *ad L. Reg. c.1. S.3.6.7.* Limn. *ad Capitul. in Proleg. S.4.9.* Reink. *L.1. de Reg. S & E. cl.3. c.9. n.22-34.* latè Brüning *de Homagiis subject. concl.442-428. in V.s Dissp. Basil* sive (α) *rebellibus de deponendis armis.* *Hoc* enim non pacificatio, sed mera censenda reconciliatio, ac remissio delicti. Unde Imperator Frider. *lib. de Pace Const. pr. Nos solitâ benignitatis nostræ gratiâ ad fidem & devotionem Lombardorum, qui aliquando nos & Imperium nostrum offenderant, viscera nobis innatæ pietatis aperientes, eos ac societatem & fautores eorum in plenitudinem gratiæ nostræ recipimus, offensas omnes ac culpas, quibus nos ad indignationem provocaverant, clementer eis remittentes.* Ratio non dubia, quia agendi per vim Jus subditis nullum: ab hoc verò ad fœderum jus perpetua est & quidditativa qs. cohærentia in argumentando. Quin tamen obstringatur nihilominus superior ad servandum rebellibus promissa, dubitandum minimè, quod nominatim contra *Ayalam* dissentientem B. Dn. Strauch. *Diss. Acad. sta de Induc.* 10 11 (α)

 c.2.§.

c.25.7.8.9. & Gudelin. *de J. Pac.c.11.per tot.* defendendum sibi feliciter
(B) sumserunt. Add. Ziegler *ad* Grot. *L.3.c.19.§.6. Illud* publica conventio est & contractus, quo spondet imperaturus salva subditorum Jura, salvam Justitiam & publicam salutem pro norma actuum. Eadem restipulari à subditis dum personarum qualitas, ratio parendi ac imperandi non patitur, contractus est μονοπλευρος, cò minus fœderum naturæ conformis, quò major in his, propriè sic dictis, requiritur ad obligationem identitas. Utriusque sociorum idem est fœdus. De eodem ii vocantur fœderati. Neuter obligatus est, nisi ex pactis numero iisdem & specie regulariter, iisdemque διπλευροις. Altero hinc violante fidem in uno capite, alter à toto liberatur vinculo, quod in cap.14. deductum, & de contractu, quo invicem se tenent Imperantes, parentes, asseri sine impietatis nota haud certè poterit, sine miserabili Principum statu, sine eversione Reipublicæ deterrima. Sic in principio Cæsarear. capit. consono tenore legimus, daß wir uns nachfolgender Artickel gedingund Packtsweise (non Bündnißweise) vereiniget / die angenommen und zu halten zugesagt haben. quod quidem non in exemplum argumenti simpliciter, per modum tamen à fortiori majorique ad minus deductum ratione allegasse, satis, quæ dicta, probabit.
14 Nec Obst. quod David cum Senioribus Israel. *2.Sam.5.v.3.* & Joas cum populo, *2.Reg.11.v.17.* uterque cum subditis, fœdus refertur percussisse. Nam hæc vox, ut in sacris variè passim sumta, & hìc ad sensum Juris haud ponitur, sed *vel* pro promissione tantùm à populo facta, de obediendo Regi, & curâ ejus salutis juxta Grot. *ad h.v.17.* ap. Dn. Calov. *in Bibl. Illustr.* cum, ut addit, moris apud Hebræos non fuerit, ut Rex populo quicquam promitteret : *Vel* pro conventione ac mutua promissione, quâ David præter injuriarum oblivionem, anteactorum indulgentiam, & Joas regimen juxta leges, inprimis Deut. *17.v.15-20.* datas, populus obedientiam ipsis ac fidelitatem promisit. Polus *in Syn. Crit. & Gasp. Sanctius ad h.v.3.n.5. 6. & 17.n.14.* Eodem modo fœdus DEUM inter & homines pro gratiosa promissione *Gen.9.v.9.* cum seqq. nonnunquam pro lege interpretandum, ut *Ex.19.v.5.* quo & apud Virg.

-----Regemque dedit, qui fœdere certo
Et premere & laxas sciret dare jussus habenas.

L.1.Æn.vers.68 Jojadæ autem, (quod circa primam dubitat: fuisset monendū) conventio cum primoribus Israel fœdus licet in sacris nominetur, attamen impropriè tale solùm est & alia hinc exsurgit quæstio, specialiter; An benè egerit iste, quod affirmant Theologi, per rationes

tiones quas strictim recenset Polus *in Syn. Crit. all.c.11.v.4.n.50.* Calov. *inBibl.ill.ad v.3.ejusd.cap.* In genere verò, num liceat subditis resistere magistratui, supremæve potestati, quam variè agitatam hucusque novimus, & gravissimam Theologorum ac JCtorum collegiis decidendam censet B.Gerhard *in Loc.Theol.27.de Mag.Pol.§.485.fi.* Adeat, qui vult. Eund. *à §.483. usque 488.* Ehrenb. *L.1.de Fœd. c. 2. p.244. 245.* Carpz. *ad L.Reg.c.14.* cujus asserta *Sect. 5.& 6.* modificant Burgold. *Not.R.J.P.1.disc.9.§.17.* & Dietrich. *ad A.B.T.5 verb. Respondere p.43.* Osiandrum *ad* Grot. *L.1.c.4.§.6.7.8. & 11.* Bœcler. *in Comment.ad d. c.4.* Grot. *in pr. §.7. & 9.* Felden. *ad* Grot. *d. §.7. p.57.58.* & qui ab iis laudantur auctores.

Et tamen *privatis* & *subditis* concessum externam quærere pro- 16
tectionem? Est; sed ob rationem diversam, quæ idem non sinit jus; *l.32.ad L.Aquil.l.108.pr. de V.O.* nec ex regula. Juxta hanc territo-
rii Domino in ejus tutelam Jus, quod suprà deduxi, solùm est, non 17
tamen ad beneplacitum, ex arbitrio nudo aut voluntate; nam aliàs à Superioribus in præjudicium populi aut detrimentum status quid eâdem ratione licitum esset, quod tamen impermissum probavit Barthol. de las Casas in Q. *Utr.Reges vel Princ.jure & salvâ consc.Subditos alien.* &c. *§.8.9.10.* sed ex necessitate, h.e. incumbit ipsi tutela talis *arg.l.6.§.2.de off.Præf.l.9.§.2.de off. Proconf.c.Regũ 23.c 23.q.5.* tanquam prius & naturale officium, infixum ac inhærens regimini commisso, à quo avelli non potest, nisi sublato simul regimine, quod sequitur, sicut umbra corpus, visus oculum, qualitas subjectum. Benè Salgado *Ita proprium Regis est officium* (defendere subditos) *ut sit attributum naturale inhærens visceribus regiminis, & qualitas infixa ossibus, & substantia diadematis, inseparabilis & indivisibilis, ita ut protectio ac regimen unum & idem judicentur indissolubile, quod à Rege tolli non potest, nec à regimine separari, nisi Regnum tollatur, cum protectio & defensio subditorum simul cum Regno orta, imò objectum & causa sit finalis Regni; Regnum enim propter protectionem vi oppressorum,* (non protectio propter regnum aut Regem) *datum est à DEO supremis Principibus temporalibus P.1.de Reg.Protect.c.2.n.27-31.p.56.* Seneca *Principes & Reges sunt tutores status publici L.1. de Clement.c.4.* Et eò tendunt erectiones coronandorum Regum in scutum ap. Francos antiquos observatæ, quarum meminit Majolus *Dier. Canic. Tom. 5. Colloq.5. circa fin.p.907.ed.Francof.1642.Ea,* inquit, *hujusmodi erectionis erat significatio, ut intelligeret Rex, eâ elevatione supra alios se electum & natum ad defensionem ac securitatem Reip., uti ejus scutum, quo reciperet sagittas*

ret sagittas adversus subditos ejectas, & eos ab injuriis tueretur. Eundem morem in constitutione Regum ap. veteres Germanos usitatum attestatur Phil Cluver. *l.1. Ant. Germ.c.46. p.308.309. ed.Lugd.Bat.*1631.

18 Juri huic à tertio, multò minus à subditis, quid præjudicari grande nefas est, contra civiles ac publicas Imperii leges, variis in Recessibus sancitas superioris seculi Anno 1529.§.10.1541.§.26.fi.1544.§.83.1555. §.23. Capitul. Leopoldinam Art. 8. & 9. suprà relat. & Instr. Pacis. *Art.5.§.12.* pr. *nemo alienos subditos ad suam religionem pertrahere, eâve causa in defensionem aut protectionem suscipere, illisve ullâ ratione patrocinari debet.* A.B. *Tit.15. & 16.* Et hoc pro regula indubitatè tenendum, quam rationibus latè firmavit Mager. à Schönberg. *de Advoc. arm.c.6. à n.297.usq, n.338.* Rumelin. *ad A.B. P.2. Diss.4.th.9.* Brüning. *de Homag. subjectiv. C.1. concl.12.* junge Buxtorff. *concl. 99. ad A.B. Lit.F.* Hoping. *de Jure Protect.Concl.32. lit. E.F. in V.6. Dispp. Basil.* Myler. *de Stat.Imp. c.18. §.16. 29.* Elisabetha hinc Angliæ Regina petitam denegavit Belgis contra suum Regem & Dominũ protectionem, quam honore salvo & integrâ conscientiâ haud suscipi posse responderat Legatis, narrante Camdeno. *P. 2. Histor. Angl. ad ann.* 1575.*p. 267. 268.* quamvis alias reddat causas Thuan. *l. 60. Hist. p.114. Lit. D. Tom. 2.*

19 Si Dominus non defendit, vel ob impotentiam, vel ex voluntate, vel loci distantiâ & incommoditate impeditus, fa.huc. *c.33. vers. nempe C.23.q.1 C.cum longè.25. Dist.63.* & urgens alia in ratione naturali fundata notoriè subest causa, quas latè declarant Mager *d.c.6. n.*340-380. Knipschild. *l.2.de Civ.Imp.c.24.n.42.* permissum meritò subditis, præcisâ spe opportuni superioris remedii, fœdus ad clientelam, quod præter all. asserunt Dietrich *ad T. 15. A.B. verb. Receptionis.* Dn.Schütz *v.2. d.12. th. 10. lit. F. & ibi* Scharschmid. Fesch. *de Fœd. th. 23. lit. F.* Hopingk. *Concl. 33. lit. B. C. D.* Salgado *de Reg. Prot. l.1. c. 1. præl.3. n. 102. ubi in terminis ait, posse civitatem oppressam alteri Domino se defendendam tradere juris naturalis permis-*

20 *sione*] & moræ periculum, ac dura necessitas approbant. *Hæc* enim legis nescia legem tribuit, licitum faciendo quod non est. Salgado P.1.c.2. *n.* 108. Goth. *ad l.11.§.2.de Mun. & l.* 4. §. 5 *de Legation. c.11. de consecr. dist.* 1. cum simil. *tam* respectu objecti: ut alienationem rei litigiosæ absque vitio attentati. Robertus Lancellottus *Tr.de Attentat & Innov. l. 2. c. 4. Limit.* 8. *per tot. p.*142. Cancerius P.2. *Var. Resol.c.12. n.* 48.49 Goth. *ad l.13.n.65. Fam. Erc. per h.l.* Templa munire, seu ut barbarè loquuntur, incastellare Myler. *de St. J.c.77.*

*f.c.77.n.*17. Magerus. *c.*10.*de Advoc n.606.* Cacheranus *Decis Pedem.*68.*n.*28. contra *can.* Sanctorum 14. *C.*10. *q.* 1. *quàm* personæ, cujus consensus requirendus aliàs ad actum, propter necessitatem istam haud necessarius. Id. *n.*21.*&* 27.*all.Dec.* Cancer. *P.*2.*c.*1.*n.*54. *Illud* à puncto Jurium etiam prohibitivorum permittit recessum. 21
Merkelb. *ap.* Klock. *v.*1. *Cons.*7.*n.*70. Nic. Balbus *in Cons annexo Decis. Cach.*68.*n.*30.31. Goth. *ad l.*5.§.12. *de Nov. op. nunc.n* 86. *& l.*1.*de damno.n.*6. Jac. Gothof. *ad l.*176. *de R.I.* fa.huc. *l.*6.§.9.*de injusto rupto test.* Hinc subjicit quem Judici non suo, & tribuit Jurisdictionem etiam non habenti. Salgado. *d. Prel.* 3.*n.*103. Cach. *Dec.* 30.*n.*14. Excludit appellationem. *v.*Mev. *P.*3. *Decis.*163. eâque pendente si quid fiat, attentatum non dicitur. Lancell. *d.P.*2. *c.*12. *limit.* 43.ubi per pl. exempla hoc demonstratur *& lim.*38. *n.*6. *Ampl.* 4.*n.* 16.17. Testis infirmis examinari potest & à Judice incompetente, & alterâ parte non citatâ. Gail. 1. *Obs.*102 *n.*4. Id. *de* P.P. *l.*1.*c.*5.*n.*15. prout decretum ap. Mev. P.8. *Dec.* 281. Contra legatarium occupantem legatum, casu quo est in mora periculum, non datur interdictum *Quod legatorum.* Menoch. *de Adip. Poss. Rem.*2.*n.*57.- 63. Jus auctoritate propriâ sibi quis licite dicit. arg. *l* 1. 2. *C.q. lic. sine Jud.* de quo varios refert casus Cancer. *d.* P.2.*c.*10.*n.*8. *& seqq.* Junge Gail. 2 *Obs.*44. Sed tunc per modum Juris ordinarii dum fœdus non ineunt subditi, nec Dominorum protectioni subtrahere se unquam poterunt, nec iis annumerari, qui de per se, regulariter & liberè Jure Fœderum gaudent, quod hucusque in quæstione solum fuit Objectũ.



CAP. X.

Quomodo Fœdera cum ALIENIS à CULTU ineantur conscientiâ tutâ, & quæ sint potiora, cum his, an fidei sociis.

DE religionis circa fœdera disparitate variè hactenus disputatum. 1
Nam cum Θεογνωσίαν naturalem quidem, ex lapsu verò Protoplastorum caligantem, subsecuta tempora corruptelarum illecebris mirè irretivissent, cœpit varius cultus, quorundam unius & veri DEI, plerorumque idololatricus, propriâ declinantium malitiâ, suâq; culpâ, [omnibus siquidem veræ Θρησκείας principia insita & patefacta novimus ex *Ep. ad Rom.*2. *vers.*14.15. *& ad Col.*1.*v.*23.] Hinc ortus

Deorum

Deorum sine numero ferè. *v.* Al. ab Alex. *l.6.Gen. Dier.c.4. & l.3. c.12.* Hinc sectarum colluvies. Quam Christianis secedentibus dum omnimodo abominandam, & conversationem seductionis metu vitandam jubet scriptura, dubitatum est non immeritò *an & quomodo* Gentes religione dispares, salvâ fide & conscientiâ rectè credentium,
2 in fœdera queant ire. Contractorum exemplis si hîc innitimur, recensum variorum & sacræ & profanæ literæ exhibent, haud pari suc-
3 cessu eventuque, minis sæpius à Summo rejectorum. Ne verbum quidem in sacris expresse licentiam dat ad talia fœdera; acriter contrà hæc prohibet sancitis *Exodi 23.v.32.33. & c.34.v.12. Deuteron. 7.v.2.* quæ ob identitatem rationis adhuc obligare quis non suspicari posset? maximè belligerantes, quibus delinquendi occasio major, frequentius consortium bonos mores subfacilè corrumpit. Seneca *l.3.de Ira c.7. Sumuntur à conversantibus mores. Et ut quædam in contactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit.* Id. *de Tranquill. an. c.7.pr. Serpunt vitia, & in proximum quemque transiliunt, & contactu nocent.* Hinc illud Theognidis

– – – – – Ne te conjungito pravis,
Sed conjunge bonis, & ab his bona plurima disces:
Cum pravis vivens, tu quoque pravus eris.

Epicteti. *Quicum contaminatis versatur, contaminatus evadet* ap. Picinell. *l.3. Mundi Symbolici c.172.n.497. p.m.236.* Et quod interdictum de non contrahendo cum infidelibus matrimonio hodiè vigeat, utut Israëlitis datum, illicitum adeoque in foro conscientiæ videatur, sponsalia cum infidelibus, idololatris, aut hæreticis inire, prout rationibus evidenter probavit Gisb. Voëtius *P. 1. Politica. Eccles.*
4 *Tr.1. Sect.2.c 2. Qu 3.p.49.50.* Doctores id ipsum in varias traxit opiniones, asserentibus aliis affirmativam simpliciter: aliis negantibus, inter quos Anth. Faber *in Tr. de Relig reg. l.3.c.4.* Norderm. *de J. Principat. concl.78. in v.4 Dispp. Basil.* nonnullis medium eligentibus, uti Majolus *T.3 Dier. Canic Colloq.2. de Bell event.p.700.*

5 In jure naturæ nulla hîc dubitatio, quod, ut *Grotius* ait, religionis discrimen non admittit, *l.2 de J.B.c.15.§.8* (vel ut rectius loquar, nullam planè agnoscit certam religionē) & jubet defensionem cōmunem cunctis mortalibus, quæ, disserente Soderino ap. Guicciardinum, est *secondo la legge della natura approvata del sommo Iddio, & dal consentimento di tutte le nationi, nata insieme col mondo, & duratura, quanto il mondo, & alla quale non possono derogare nè le leggi civili, ne le canoniche, fondate in su la volontà degl' huomini, & le quali scritte*

*in su le carte, non possono derogare à una legge non fatta da gl' huomi-
ni, mà dalla stessa natura scritta, scolpita & insusa ne' petti & negl' a-
nimi di tutta la generatione humana. Hist. l.*10. *p.* 555. Favor hujus 6
justæ defensionis actui in se illicito aliàs dat, ut pro legali ac licito sit
censendus, non attento, quibus defendens utatur instrumentis, quo-
rum operâ, & quales sint homines religione, ac statu, nil impedit, quò
minus ad justam apti sint defensionem, modò inculpatæ tutelæ serve-
tur moderamen, ac debita proportio. Imò cum actus Justitiæ, lo- 7
quendo præcisè & ex natura rei, ab omnibus tam fidelibus exerceri
queat, quàm infidelibus; gerere autem justum bellum, aut hîc juva-
re, actus justitiæ sit, licitum argumentatur Andr. Rivetus *in Comm.
ad Hoseam. c.*5. *vers.*18. *p* 640. *fi* per se & ex natura rei [secluso peri-
culo & scandalo] in bello tali infidelium implorare opem. Sed 9
quoad hypothesin distinguunt, cum eo, communiter, an defensivum
sit fœdus, an offensivum. De *hoc* Theologis ac sanioribus JCtis jam-
dudum placuit NEGATIVA. Illud permittunt, modò initum (1)
contra infideles solùm; quicquid etiam obloqui audeant *Oldradus,
Becanus* aliique dissentientium, solidè confutati à Cacherano *in sing.
Diss. annexa Decis. Pedemont.* Reink. *l.*2. *cl.*3. *c* 3. *n.* 45. - 101. Rive-
to *c.l.* Magero *de Advoc. arm. c.*7. *n.*149. - 181. *Quis non expavescat,*
inquit *Fulco* ArchiEpiscopus Rem. ad Gallorum Regem Carolum
Simplicem, *vos inimicorum DEI amicitiam velle, & in cladem ac rui-
nam Christiani nominis pagana arma & fœdera suscipere detestanda?
Nihil enim distat, utrum quis se paganis societ, an abnegato DEO ido-
la colat.* refert ex Frod. *Hist. Rem.* Grot. *d. c.* 15. §. 11. *n.* 3. Quàm
piè hoc, tam impiè Monlucius ap. Limn. *ad Capit. Car. V. pr. verb.*
durch die Wahl. *n.* 88. *p.* 87. *Contre son ennemy on peut de tout bois
faire fleches. Quand à moy, si je pouvois appeller tous les esprits des
enfers, pour rompre la teste à mon ennemy, qui me vent rompre la
mienne, je le ferois de bon cœur.* Conf. nobiscum, & an adversus fide-
les, an infideles agatur distinguit Petr. Bellinus *de Re milit. P.*2. *Tit.*17.
*n.*4.7. (2) non citra necessitatem extremam, aut huic proximam. (3)
Ob rationes merè politicas, pietati non inimicas, ex quibus nullum
religioni periculum ac præjudicium metuendum: nam ejus propa-
gatio Magistratûs Christiani suprema lex est. Felden. *ad Grot l.*2. *c.*15.
§.9.10.11. *p.*56. (4) Absque fiducia in auxilium tale humanum, &
in divinum diffidentia. (5) Ne denique esse putentur socii & fauto-
res impietatis eorum, quorum quærunt societatem, aut nihili facere
religionis discrimen: ita concludunt B. Gerhard. *Loc. Theol.* 27. *de*

Mag. Pol. §. 156. D. Calovius *in Bibl. Ill. ad Gen.* 14. *vers.* 17. & *ad Ex.* 23. *vers.* 32. Rivetus *All. l.* & *ad Gen.* 14, *Exerc.* 75. *p.* 290. 291. & *Comm in Psalm.* 16. *Q.* An liceat cum Idololatris inire societatem. *p.* 51. Paræus *in Comm. ad Gen.* 14 *vers.* 15. *p.* 1091. *ad c.* 21. *vers.* 32. & *c.* 26. *vers.* 30. *ht. A.* Osiander *ad l.* 2. *Grot. c.* 15. §. 8. 9. *Obs.* 6. Carpz. *ad L. Reg c.* 6. *S.* 3. Zigler. *in Not. ad* §. 11 *h. c.* 15.

10 Sic *non* obstant exempla fœderum, quibus divinam reprehensionem incurrebant Aza 2. *Paral.* 16. *vers.* 7. Josaphat *c. seq.* 19. *vers.* 2. aliique, quos has conditiones neglexisse, è textu patet. Nec jus ab exemplis adæquatè sumitur.

11 *Non*, quod benè semper haud cesserint: eo siquidem, quo fas erat, modo non contracta. Quamvis & cum piis inita, exitu quandoque infelicia, probent, ex eventu de actione ejusve justitiâ tutò haud judicandum esse, quod bello maximè proprium, qui omnes in eo eventus rerum expectant secundos, errare ait Vercingetorix ap. Cæsar, *L.* 7. *de Bell Gall. c.* 29. *pr.*

12 *Non*, quod in sacris Deus nunquam meminerit datæ à se ad talia fœdera licentiæ. Sunt enim è permissorum genere fœdera, & de his quæ jure libertatis fiunt, qualia impetrare superfluum reputatur. *arg. l. un. C. de Thesaur.* Nego siquidem, fœdera cum infidelibus licita solùm per modum exceptionis esse, uti statuere videtur novissimè Rod. Goth. Knichen *Op. Polit. l.* 2. *P.* 2 *S.* 2. *c.* 10. *th.* 3 *expl.* 2. *p.* 1314. - 1318. in ipsa quæst. parùm sibi constans, quod intelligere est cumprimis ex collatione generalis quæsiti cum responso ad quartam & quintam dubitandi rationem) sed ex regula, certis modificata conditionibus. In quo consentit non obscurè Gerhard. *d L.* §. 155. *juncto* 156. *pr.* & argumentum desumi poterit à prohibitione divina, certarum gentium respectu specialiter facta, qualis jus arguit in contrarium generale. *arg l.* 12. *pr. de Judic* Regulæ verò qui innititur, fundatam habet intentionem, eique insistendum, usque dum liquidò doceatur exceptio sive contrarium. Mascard. *V* 4 *de Probat. Concl.* 1268, Hartm. Pistoris *L* 1. *Qu. Jur.* 38 *n.* 17. *p m* 174. Covarr. *L.* 2. *Var Re-*

13 *sol. c.* 12. *n.* 4. Everhard. *in Loc.* 9 *ab Except. ad Reg. n.* 12. Et, qui accidit, quod Deus fœdera cum infidelibus quædam rejecit contrahentibus ultima quævis minando? quædam non? ut Abrahami cum Mamre, Escol, Aner fratribus Emoræis; it. cum Abimelecho, aliorumque fœdus. Ne morer probando hunc infidelem fuisse, quod Patres negare tradit Osiand. *Obs.* 1. *ad cir.* §. 8. 9. ἀλλ᾽ ὅμως tamen demonstrari non potest; de istis certè res erit liquida, nec conjecturis in contrarium,

quo-

quorundam locus. Positâ jam intrinsecâ ejusmodi fœderum turpitudine, procul dubio & Abrahamo noxæ fuisset fœdus illud cum infidelibus Emoræis, quod ut verè propriéque fœderis nomen meretur, sic ab altissimo improbatum in Sacris nusquam annotatur.

Non prohibitio divina; tantummodò specialis & Israëlitarum, 14
& infidelium ratione. *Horum*, quos Deus excidio destinaverat & internecioni (non per decretum aliquod peremtorium & absolutum, sed ex prævisione solùm ipsorum indurationis in idololatria, ac pertinacis malitiæ) societas vetita Israëlitis scientibus & volentibus, [ut fœdus Josuæ cum Gabaonitis excipiatur, de cujus justitia variè tamen disquiritur, rationes pro & contra lego ap. Pol. *in Syn. Crit. ad Jos. 9. vers. 15.*] aliarum gentium minimè, quantum sc. commercia & bellum aliquod maximè defensivum spectat, positis exceptionibus necessariis. Nam ut cum Diis eorum h. e. in religionis negotio fœdus ineatur, universaliter hactenus quarumvis gentium ratione prohiberi certum est. Rivetus. *ad Ex. c. 23. fi. p. 1096. &* Calov. *p. 431.* *Il-* 15
lorum specialiter fit mentio, qui alias proni ad idololatricam prævaricationem: Hinc David; Commixti sunt inter Gentes, & didicerunt opera eorum, & servierunt eorum sculptilibus, *Ps. 106. vers. 35.* Ut verò Patriarchæ ante legem hanc latam cum Cananæis fœdera quandoque inierunt, sic post sublatum μεσότοιχον inter Judæos ac Gentes *Ep. ad Eph. 2. vers. 14.* Christianos non illâ obstringi ait B. Gerhard. *all. §. 157. pr.*

Non futurum *Contagium*; quod in bello operâ Ducum potest 16
præcaveri, nimiam prohibentium familiaritatem & communionem in rebus vetitis. Exeundum ab infidelium consortio, non semper corpore, sed spiritualiter, affectu, corde, *C. ecce. 4. c. 23. q. 4.* alioqui nec in mundo licebit subsistere. *1. ad Cor. 5. v. 10.* quo sat ostendit Paulus, esse aliquam cum infidelibus communionem licitam, sed suis terminis inclusam. Deinde partialis, non totalis fœderis suspendendi causa periculum fuit contagionis, ut Osiand. *Obs. 2. in fi. ad loc. all.* notat: nam aliàs discrimen non fecisset Deus inter Gentiles extra Ecclesiam cum omnes fuerint idololatræ.

Non denique interdictum de *Conjugio*; in quo (1) majus pericu- 17
lum, aut certè plus difficultatis injicitur veræ religionis usui, perpetuo insuper existente vinculo: non ita in fœderibus politicis. Grot. *l. 2. c. 15. §. 10. n. 4.* Est (2) prohibitio talis ob certam rationem facta, *quia seducet* &c. quâ cessante, lex ipsa cessavit, si sc. ad Israëlit. religionem vellent transire: quod etiam respectu Cananæorum obtinuit

post

post primam invasionem, juxta Calov. *ad Ex.34. vers.16. & Deut.7.v.3.* Estium & Corn. à Lap. *ap.* Polum *in Syn. Crit. ad eund. vers.* Nec (3) istam indifferentem, sed ad certas Gentes fuisse restrictam, evincit *Deut.c.21.v.11. & seqq.* unde nec hodiè ejusmodi conjugium interdictum simpliciter *v.* Carpzov. *J-Prud. Consist. L.2. T.1. Def.6.7.* Hæc de infidelibus.

18 Quid de diversæ in Imperio religionis hominibus, circa fœderum licentiam sit statuendum, ex traditis Carpzov. *ad L. R. c. 6. S.4.* Dn. Schützii *v.2 d.12. th.11. lit.H.* constat. Non certè dissimilis priori, hoc casu subierit ratio prohibitiva, easdem adeoque restrictiones & hic suo modo observandas haud falsò quis posset arbitrari, maximè si, quod licitum, non ex Imperii statu, qui tres post Pacem Religiosam ac Osnabrugensem finit religiones, sed divino Jure metimur atque huic innixâ conscientiâ. Nisi diversitatis quis ait notam, quod vinculo politico hi sint uniti, ac in Imperii constitutionibus sanctè simul cautum sit, de non turbando quem in tranquillo religionis exercitio, vel aliud quid moliendo in præjudicium ejus, tam Dominorum quàm subditorum alterius ratione.

19 Cæterùm prudentiam in contrahendis fœderibus ejusmodi commendandam hoc seculum proh! summam requirit, ne hoc agatur obliquè, quod jam olim apertâ vi tentatum, neve sub conjunctionis velamine heterodoxiæ juvetur propagatio, aut huic ullo modo velificentur ἑτερόδοξοι, quo malū in regione, & cultûs libertate sine dubio

20 sibi accerserent. Utut enim ejusmodi fœdera sint certo modo licita, non tamen potiori jure constituenda credo inter diversæ, quàm ejusdem, religionis homines. *Ehrenb.* in contrarium sic ratiocinatur. *Evidenti ratione* [hoc] *manifestè potest evinci. Quippe verâ & solidâ fide conjuncti firmius vinculum exigere non debebant: nihil enim extat in humanis, quod superare queat fidem. L.1. de Fœd.c.2.p.m.162.* Aut loquitur de fide salvifica aut politica: Utroque casu ratio fallit. *Illo*, quod verâ & solidâ fide disjuncti firmius exigendo vinculum declarent extare in humanis, quod istam superare queat fidem. *Hoc*, quod malè sic argumentetur à fide salvifica ad firmius fœderum vinculum,

21 quod fides per se & immediatè existit politica. Dum gloriam Dei & publicam salutem pro fine fœdera spectant, quò major utriusque habetur ratio, eò prius incunda hæc quis negabit? Sed gloria Dei, cæteris paribus, quàm maximè promovetur ab ejusdem fidei sociis; nec non salus publica, læsa sæpius ab his, qui negant fidem hæreticis servandam, *fa. huc. c.16. x. de Hæret.* Non immerito Valla. *Roma Scho-*

la

la est, in qua licet mentiri, fallere, jurare & pejerare: refert Nordern. *de Jure Principat. Concl. 77. lit. C.* Qui absolutionem à quovis juramento arrogant sibi: exempl. in *c. 6. fi. x. de sent. & re jud. in 6.* Hinc ortam reor Clauf. Capitulationi Ferd. IV. Art. 49. & Leopoldi A. 47. primùm insertam. Uns auch dawider einiger Behelf oder Außnahm/ *dispensationes, absolutiones,* geist- oder weltliche Rechte/ wie das Nahmen haben mag/ nicht zu statten kommen sollen: quâ Imperator papali arrogantiæ sic omni modo renunciat, cui priora tempora nimium forsan indulserant. vid. quæ not. Limn. *ad Capit. Ferd. II. Art. 38. verb.* Nichts erlangen. *p. 602.* Quod ultimum dum verum in universum negat *Ehrenb. p.* 182. corruet necessariò tam generale ejus assertum *d. p. 162.* contra quod ipse in *all. c. p. 225.* statuere videtur his: *Pectore si non conjuncti sunt confœderati, amici esse nequeunt: in corde enim & amicitiæ sedes, & religionis.* Ergò potius inter ejusd. religionis 22
homines paciscenda fœdera, qui magis corde conjuncti sunt, magis amici possunt esse: probè impius Valens *Consensus,* inquit, *in religione firmiorem amicitiam efficiet.* ex Theodor. Schockius *de Arcan Imp. l. 2. c. 3. p. 553.* Quæ sunt tutiora: tantis incommodis ac periculis subjecta non: talem vigilantiam circumspectionem cautelas & prudentiam non exigunt, qualem in paciscendo necessariam jubet religionis diversitas. Benè *Rivet.* Ex Medicorum consilio, si contagiosus morbus urbem aliquam aut domum infecerit, ad tales ægrotos libenter non accedimus, ne simili etiam corripiamur morbo. Quantò circumspectius adeundi, qui spirituali sunt infecti contagio, quod facilè nobis affricari potest familiari conversatione. *ad Ps. 16. p. 51.* Idem amicos eligentibus, ut caveant inquinatos, inculcat Seneca. *c. 7. de Tranquill. An.* Ne dicam, quod, iisd. cum infidelibus pœnis involvi, se sociantibus facilè sit meritò metuendum: prout Lothi calamitas 23
Gen. 14. & ob commissum Achanis sacrilegium tria Israëlitarum millia periculo suo *Jos. 7.* in argumentum non obscurè docent.

Ut concludendo paucis multa complectar, in ineundis fœderibus, cum alienis à nostra religione, cum infidelibus, seriò perpendendum, non tantum quid liceat, sed & quid expediat, præeunte Paulo. 1. *Ep. ad Cor. 10. vers. 23.* quò præter scandalum evitetur subversionis periculum quoad Ecclesiam & Politiam, eversam sæpius ab infidelibus haud rarò perfidis, de quo notari maximè meretur immanis Turca, ab ortu Christianis hucusque quorumvis infidelium perniciosissimus. Hoc tot ab Imperio avulsæ, sub jugum barbaricum perfidâ ejus malitiâ eheu! missæ testantur Provinciæ. Hoc experta 24

Johannis Hungariæ Regis vidua Isabella; *Turcorum amicitiam*; (alloquitur filium Stephanum ap. Thuan.) *id enim ingenuè agnosco, nec errorem fateri pudet, potentiorem quam fideliorem hactenus experti sumus, & dum privatis rebus nostris prospicere nos putamus, Rempubl. Christianam, nosque ipsos, qui illius pars sumus, in extremum discrimen adduximus. L.9. Hist. ad Ann.*1551. *p.*182. *lit. D.* Nimirum hoc Alcorano permissum sibi ajunt Mahometistæ, pacta fæderave cum Christianis (Gauris) frangere pro commodo Imperii, inde fidei sanctitatem metiendo. Lansius *Disc. de L. Regia. th.* 92. *in v.*4. *Dispp. Basil* Fesch. *de Fœd th.* 12. *lit. F. ex Leuncl. Hist. Turc.* Cujus etiam meminit R.J. de Anno 1566.§. Wiewol dann. 37. & concinnè Lunâ Turcarum gentilitia improbitas repræsentatur ap. *Picinell.* Sicut enim ista, vultu instar Prothei in omnes horas mutato, nunquam sibi constat: Ita omninò Turcarum vafrities rupto omni fœdere, nullaque pacis stabilitæ fide attentâ, eas duntaxat occasiones arripit, quas sibi aliquid emolumenti allaturas autumat. *L.* 1. *Mundi Symbol. c.*8 *n.*256. *p.*37. Precamur DEUM, Solem Justitiæ, ut gratiæ suæ splendorem ad nos perpetuò transfundat, quo elatio Turcorum fastuosa deturgeat, corniculata luna Mahometica tandem denigretur, èque mundi conspectu Christiani penitùs subducatur. Fiat! ô DEUS.



CAP. XI.

De necessaria Fœderati DEFENSIONE, legitima & illegitima.

1 UT injuriâ oppressos juvemus, jubet natura, cognationem quandam inter homines constituens.

- - - - - - Hominesque memento
Fœdere naturæ fideique charactere junctos: canit Guntherus ap. Ehrenb. *l.*1. *c.*2. *p.*105. Seneca *Homo in adjutorium mutuum generatus est. L.*1. *de Ira, c.*5. *pr. & de Vita beata c.* 30. *Hoc ab homine exigitur, ut prosit hominibus*, si fieri potest, *multis*: si minus, *paucis*: si

2 minus, *proximis*: si minus *sibi*. Ut fœdere conjunctos defendamus, ipsa fides promissa, pactorum religio, ipse fœderum finis poscit.

Q. Num etiam non admoniti? Quid pacta velint sequendum, dispo-

3 nentia media, quibus obtinetur finis, quæque fidem regulant. Requisitio si cauta, ut in fœdere defensivo, quod renovarunt Frider. III. Daniæ Rex ac Batavi Anno hujus seculi 49. §. 4. 5. ibi sollen gehalten

halten und verbunden seyn / innerhalb dreyen Monaten / nachdem es
ihnen notificirt worden / beyzuspringen / und zu assistiren. extat in
Vol.6.vel.2.Contin.Act.Publ. Londorpii *L.4.c.128.*[Idem repetitum
Anno 1657. in dem Ampliations-und Elucidations-Tractat der vor-
hergehenden Allianzen Art.2.3. quem exhibet *Auct.Contin. Act.Publ.*
Lond. *V.4.l.8.c.61.*]& quod pactum ab Anglis Batavisq; A.1668. M.
Jan. *Art.1* ibi *quod si quis invaserit, vel invadere tentaverit Provincias
confœderatas &c. Dn. Rex tenebitur, quemadmodum virtute præsentium
tenetur - auxilio adesse &c. Præstabuntur autem auxilia dicta intra 6.
septimanarum spatium, postquam postulata fuerint* &c. extat in *App.
P.16.Diar.Eur.p.203-206.* it. in fœdere pacis inter Serenissimos, Reges
Franciæ, Sueciæ, ac Duces Brunsvico-Luneburgenses Heroes
Gloriosissimos, Anno 1679. nuper inito Art. 10. ibi. *les deux Couron-
nes assisteront La Serenissime Maison de Bronsvic Lunebourg en cas
qu'elle fut attaqueé, de qui ce soit, six semaines apres la requisition,
ou plustôt si faire se peut.*) necessaria est, ad inducendam hîc moram,
unica saltem: Quæ sufficit in Protectore, Magerus *de Advoc. arm.
c.12.n.220.* Vasallo, Dn.Struv. *J.Feud.c.11.Aph.9.* Rosenthal. *Syn.F.c.8.
Concl.26.lit.D.inf.* Debitore, *l.32.pr. de Usur. l. 87. §.1. & ibi* Goth.
de leg.2.l.23.de V.O. Strauch. *Ex.Just.18.th.23.* Struv. *Ex.27.th.67.* Wis-
senb. *v.1. D.n.42.th.15.* Zoës. *ad T. ff. de Usur. n. 47. &* Eckholt. *§.5.*
Klock. *V.2. Cons.60.n.81.* Mascard. *de Prob. v.3. C.1072.n.11.* latè Me-
noch. *l.2.de A.Jud.Cas.220.n.28-48.* in Austregis secundùm commu-
nem Dd. sententiam teste Illustri Domino Fabricio *Tract.Theor.Pract.
ad Myns.Obs.91.Cent.1.* & quovis Judice, ubi sc. requisitus expressè de-
negavit petita Gail. *1.O.28.n.5.6.* Jac. Cancerius *P.3.var.Resol.c.12.n.259.*
(aliàs requiritur trina Id. *n.253.256.v.* Cacheran. *Decis. Pedem.* 12.)
Sinon, regulariter non teneri non-requisitum ajunt Mart. Lauden- 4
sis *de Confœd.Pace & Convention. Princ. Q.28.in T.16. Tr.Tractat.*
Ehrenb. *i.1 de Fœd.c.3.p.275.* Fesch. *de Fœd.th.4.lit.C.pr.* probabiliter;
cum idem sit receptum in Vasallo ac Protectore. 2. *F.* 7. & 37. *in fi.*
Struv. & Rosenth. *all.loc.* Schrader. *Tr.Feud.P.6.c.6.n.38.* Mantica *de
T.& A Conv.L 23.T.2.n 22* Speidel. *in Notabil.verb.* Lehen-Dienst.
p.785 Rumel. *ad A B.P.2. D 5.th.15. ibique* Myler. Magerus *all.c.
n 163-198.* Höpingk. *de J.Protect concl.44.lit. E. in v. 6. Disp. Basil.*
Quam inter alias limitationem in suis terminis proferunt, cum- 5
primis nostro casu tenendam censeo, si scilicet confœderatus sciat
periculum & im̃inens discrimen, quod interpellat tanquam dies pro
socio: ubi enim hæc est apposita, sufficit solus lapsus. Faber. *L.4
Cod.*

Cod.Sabaud.T.24.Def.31.n.2. Illustr. Dn.Fabricius *ad Mynſ.3. Obſ.95* Cacheran. *Deciſ.Ped. 49.* Maſcard. *c.concl.1072.n.19.* Fidem non præſtat promiſſam fœderatus denunciationem expectans, qui certus certiorari haud debuit *arg. l.1 de Act. Empti. c. 31. de R.l.in 6.*: Quem ex natura inſtitutæ ſocietatis, virtute amicitiæ & fine fœderum, alterius ſalutem ac ſecuritatem, mutua commoda & communia emolumenta, non ſecus ac propria, curare, damna fœderati ac ingruentia
6 pericula omni eodem modo avertere decet. In fœdus euntes præterea dum reſpiciunt periculum, quod alter experturus alterius ope & ſubſidiis queat avertere, certè non tam iſtius præſentiam reſpiciunt, quàm avertendi rationem, i.e. ut paratum potius ſit auxilium contra periculum, quàm ut in illo demum remedia circumſpiciantur. Sed qui finem vult & paciſcitur efficaciter, non poteſt non iſti proportionata media velle & paciſci: Et cui exhibenda ſubſidia, exhibenda ſunt tempore eo, quo magis proficiunt; tutius ſiquidem ſemper eſt eligendum in mediis. Tutius autem eſt & melius, in tempore occurrere, quàm quærere remedium poſt cauſam vulneratam *l. 1. C. quando lic. ſine Jud.* argumento cujus & *Mantica* fœderato non tam offenſionis actum hoc caſu conſiderandum ait, quàm potentiam actui propinquam *de T. & A. C. l.27. T.7.n.25.* Obſervavit hoc laudandus in eo L.Mamilius Dictator Tuſculanorum, qui auditâ ſeditione Romanâ & turbatæ Urbis ſtatu, *ne*, inquit ſuos exhortaturus, *expectet, dum ab Roma Legati veniant, auxilium petentes: periculum ipſum diſcrimenq;,*
7 *ac ſociales Deos, fidemque fœderum, id poſcere* Liv. *l.3.c. 18 pr.* Ne tamen ſub non petiti ſubſidii colore fœderatus neceſſitatis caſu defraudetur, conſultius erit iſtud in hunc eventum ſtipulari tenore fœderum. Quod factum in Fœdere Gallo-Suecico, inito Anno hujus ſeculi 72. *Art.4.* ibi: *Siquis alterutrum Regum armis belloq; apertè infeſtare* &c. *eo in caſu mutuam ſibi operam opemq; altè memoratos Reges præſtituros.* & *Art. 10. Si contingat iisdem aliquod periculum imminere, vel ut armis easdem aliquis aggredi auſus fuerit, ipſo hoc fœdere ſeſe ambo Reges obligant ad juſtam mutuamq; ſuarum ditionum defenſionem.* Inſtrumentum exhibet Gaſtelius *de St. Publ. Eur. nov. c.6. n 133.*

8 Num etiam in cauſa evidenter injuſta? Nego cum Ehrenb. *l.1. de Fœd. c.2. p. m. 237.* Le Bleu. *Diſſ. Pol. de Fœd. th. 81.* Mantica *cit. T. 7. n. 27.* Dn. Schütz. *v. 2. J. P. d. 12. th. 19. lit. G. p. m. 831. & th. 22. lit. F.* Feſch. *th. 17. de Fœd. lit. F.* juxta Tullianum illud: *Hæc prima Lex in amicitia ſanciatur, ut neque rogemus res turpes, nec faciamus rogati*: ap. Picinell. *L.3. Mundi Symbol. c. 55. n. 152.* quam probè probavit Publ. Rutilius:

tilius: Amico cuidam quærenti per indignationem; *Quid mihi opus est amicitiâ tuâ, si, quod rogo, non facis? Imò quid mihi tuâ*, respondit, *si propter te aliquid inhonestè sum facturus?* Val. Max. *l.6.c.4.* Scilicet 9
jura fœderum, quantacunque hæc sint, quàm arctè contracta, honestis tamen nisi quæsita rationibus corruunt. Quia hoc possumus solùm, quod honestè possumus, quod factum non lædit pietatem. Et data fides ad facinora non extenditur *l.22.§.6.Mand.l.38.* ibi. *Hæc demum imposita opera intelliguntur, quæ sine turpitudine præstari possunt. ff. de Op. lib.* Nec ad effectum sunt perducenda, quæ ad turpem causam feruntur. *per l.7. de ann. leg.* Quia flagitiosæ rei non est societas. *l.53. l.57. ff. pro Soc. l.35. §.2. de Contrah. E. l.1. §.14. de Tut. & rat.* nec nisi impium præsidium. *l.7. f. C. de Nat. lib.* Quia in generali promissione, obligatione, excipitur causa injusta, iniquum, defensio contra vim justam *arg. l.60. §.4. ff. Mand. l.24. de Acq. poss. l.12. quæ in fr. Cr.* Cagnolus *ad l.52. n 6. de R. I.* Et impia ista, quæ adimpletur scelere. *c. in malis. 5. C.22. q.4.* Ubi denique offensio licita, improba erit defensio ac illicita, Schrader. *Tr. F. P.9. c.4. n.82. cum All.* huc. fa. *l 4. C. qui ad Eccl. V.* Bellin. *de Re milit. P. 2. Tit. 2. in Tom. 16. Tr. Tract.* tam directè, quam indirectè. Bene Procop. ap. Lang. *Delinquere & in delinquentes inferenda supplicia intercipere, æquè se habeat.* Sic Advocatus 10
forensis non tenetur ad injusta, promissâ quamvis juratò defensione generatim. Mev. P.3. *Dec.200. n.7.* Dn. Struv. *S. I. C. Ex. 7. th 5.* Hahn. *ad Wes. T. de Postul. n.6. pr. p.m. 219.* Menoch. *l.2. de Arb. Jud. Cas.494. n.13.-16. l.14. §.1. C. de Judic.* Jac. Benius *de Privileg. JCtor. Priv. 71. n. 9.10. 20.22.* ubi peccare ait in Spiritum S. qui scienter defendunt lites injustas, & impugnant veritatem. *p.m. 150.* non Protector. Mager. *de Advoc. arm. c.11. n.479. & seqq.* Höping. *de J. Protect. Concl. 39. lit. A.* Vinc. Carocius *Decis. 113. n.1.-6.* nec Vasallus regulariter. *2. F.7. & 28. pr.* Struv. *J. F. c.1. Aph.7. n.7.* Rosenth. *Syn. F. c.8. concl.20. per tot.* Schrad. *Tr. F. P.6. c.6. n.26. & 87.* Mantica *de T. & A. C. l. 23. T.19. n.26. 27.-36.* ubi capitulum in *d. 2. F.28.* examinat, quod juri divino non conveniens ait post all. à se Dn. Ziegler *ad* 11
Grot. l. 2. c.26. §. 3. Et sic deserendus Fœderatus, Cliens, Dominus, ne deseratur honestas, fama, salus, cœlum, Deus. Interim si, quod hîc Juris est communis, determinetur in pactis fœderum, eò minus metuenda captiosa verborum interpretatio ac Juris. Ita unio hereditaria Saxon. Brandenb. Hassiaca excipit injustitiæ casum §. Wolt aber unser Fürsten Einer/oder seine Erben/ unräthliche Kriege vor sich nehmen/ soll ein Theil dem andern dieser Einigung halber

 Hülffe

Hülffe inthun nicht pflichtig seyn. refert formulam Londorp. *T.1. Act.Publ. l.1.c.47.* It. Fœdus Dano-Belgicum in *Vol.2. Contin. Act. l.4. c.128. Art.14.* Mehrgemeldter Succurs soll ohn einige Widerred und Exception præstirt werden/ es were dan Sach/ daß der Krieg von Einem der Confœderirten verursacht worden wäre; in welchem Fall diese versprochene Allianz nicht geschehen soll/ sintemal die Allianz nicht gemacht und aufgerichtet ist zu jemands Schaden/oder Nachtheil. Et ap. Ehrenb. *l.2. de Fœd. c.2. p.138.* Ob aber unsre Bundsverwandten einen andern wider den LandFrieden bekriegen/ oder zu kriegen unbilliger unbefugter Weise ursachen würden/ denen sollen wir andere Bundsverwandten kein Hülf zu leisten schuldig seyn. |

12.Q. Num etiam contra Confœderatum? Si *pares* sunt tempore, juvandum de jure, qui justè bellat, qui iniquè gravatur censeo cum Grotio. *l.2. de J.B. & P.c.15. §.13.* Dum enim se jungentes obligat fœdus, ad injusta verò obligatio non est, ut probatum, non potest non justa certè ac legitima esse defensio, quâ obligationi suæ satisfacit socius: quâ alter læsus frui debet vi pactorum & finis fœderum: quâ alter lædens non offenditur, injustitiâ causæ socium vinculo, quo aliàs hic erat obstrictus, liberando. Quod tamen secus erit, ubi tale quoque subsidium inhibet conventum aliquod singulare, aut de utriusque dubitatur justitia & injustitia. Tunc enim istud pro juris norma à fœderatis meritò servandum. Hîc obtinet illud: Commodius est,

13 neutrum juvari, quàm gravari alterum, *c. denique 10. C.14. q.5.* Si *antiquior* alter, quod temporis privilegium aliis opitulatur, ut eo priores in potiori sint causa juriumque prærogativa, nec huic poterit negari, maximè cum quævis confœderatio ac Liga primæ superaddita, in præjudicium hujus contrahi non censeatur. Everh. *in loc. de Tanquam seu respectivo. 116. n.30. p.1102.* Schrad. *Tr.F.P.6.c.5.n.10.* Ehrenb. *L.1. de Fœd. c.2. p.116.* imò nullatenus debeat, ob Jus alterius Fœderati priori quæsitum confœderatione, quale invito interverti alterius facto, haud est de Juris regulis.

14 Licet quidem fœderi fœdus addere, & diversos sibi jungere socios inscii etiam prioribus, ex Jure naturali, quod abdicari non intelligitur, nisi per expressa verba. Hinc Campani ad Rom. Senatum: *Neq; hercule, quod Samnites priores amici sociique vobis facti sunt, ad id valere arbitramur, ne nos in amicitiam accipiamur: sed ut vetustate & gradu honoris nos præstent. Nec enim fœdere Samnitium, ne qua nova jungeretis fœdera, cautum est.* ap. Liv. *l.7. c.30. pr.* Fa. huc Art.22. fœderis Pacis, Britannos inter ac Batavos, Bredæ 1667. M. Jul. initi.

Wan

Wan S. Königl. Majest. von Groß Britannien/ oder die Herren General Staaten der vereinigten Niederlanden/ sich mit einigen andern Königen/ Republiquen/ Fürsten und Ständen / in einige Bündniß/ Freundschafft/ confœderation oder Tractaten einlassen oder schliessen solten ; So soll ein Theil dem andern und desselben zugehörige Lande allezeit mit einschliessen / wofern Er wird wollen mit eingeschlossen seyn / und einer dem andern von allen solchen Freundschaffts- oder Confœderations-Tractaten allemahl Nachricht geben extat in *P. 15. Diar. Eur. append. 3.* Ut verò per causam novi fœderis quid in 15
prioris damnũ non fiat, poscit semper semel data fides. Sic iisdẽ Campanis Romani, ad fœdus auxiliumque contra Samnites invitati, reponunt: *Auxilio vos, Campani, dignos censet Senatus, sed ita vobiscum amicitiam institui par est, ne qua vetustior amicitia ac societas violetur. Samnites nobiscum fœdere juncti sunt, itaque arma, Deos prius quam homines violatura, adversus Samnites vobis negamus. c. 31. pr.*

Dixi *nequid fiat in damnum*, quò excipiantur fœdera inita causâ pacis. Siquidem hæc actum positivum lædendi alterum in se non involvunt, tantummodo ne excludatur, fœderatus aliquando optimo jure postulat, cumprimis, si ab initio hoc stipulatus: ut in fœdere Polono-Danico inito A. 1657. Art. 3. ibi. Soll keinem Theil/ innerhalb drey Jahren von jetzgemachter Bündniß an/ frey stehen/ mit Schweden einigen Frieden / Vertrag oder Stillstand vor die Hand zu nehmen/ vielweniger zu schliessen/ ohn des andern Vorwissen/ oder Miteinschliessung. extat. *in Vol. 8. Theatr. Europ. p. 215. V. 8. seu contin. 4. Act. Publ.* Lond. *l. 8. c. 74.* & in fœdere Austriaco-Polonico ejusd. anni. Art. 4. *De Pace vel induciis cum adversa parte neutra pars sine alterius præscitu & consensu agat tractetve, nedum concludat. h. l. 8. c. 49.* Idem cautum A. 1555. à se sociantibus Paulo IV. & Henrico II. Gall. Rege, Thuan. *Hist. L. 10. p. 324. pr.* & in all. Fœdere Dano-Belgico de Anno 57. Art. 7. Dem Assistirten nicht frey stehen mit seinem Feind sich in Handlung einzulassen/ Frieden zu schliessen/ oder einen Stillstand zumachen/ Er habe dan solches zuvor seinem assistirenden Alliirten communicirt / und zugleich denselben öffentlich und expressè miteingeschlossen. Hinc omninò includendus socius illis fœ- 16
deribus, quæ tollunt priora fœdera talia, quibus manentibus ista nunquam essent firma, & esse possunt. Utriusq; cernimus vestigia in Pacificatione Rotschild. & Pyreneica ; in *illa* Art. 2. ibi: *Ab utraque Parte tollantur ac rejiciantur omnes confœderationes, cum aliis Potestatibus, Regibus, Principibus, Statibus ac Rebuspublicis quibuscunque, in* 17

alterutrius partis detrimentum aut noxam inita & sancita; *c.l.* 8. *Act. Publ c.*159. in *hac* Art.91. ibi: *Pour mieux parvenir à une bonne paix, il est necessaire, que Monsieur le Duc de Savoye, lequel s'estmeslé en cette guerre, joignant ses armes à celles de la Couronne de France, dont il est Allié, soit compris au present Traité; Sa Majesté Tres-Chrestienne, affectionnant le bien & la conservation dudit Sieur Duc, comme la sienne propre, pour la proximité du Sang & Alliance dont il luy appartient-il a esté arresté & convenu* &c.

18 Ergo abstractivè loquendo, antiquiori fœderato contra novissimum, non huic contra illum succurrere quis potest & obligatur. *arg. l.26. ff. Loc.* in quo consentit Mantica *de T. & A.C. l.27. T.7 n.32.* Laudensis *de Confœd. Qu. 60.* quomodo & Dominum antiquiorem juvat Vasallus, *2. F. 28. in f.* Schrader *d. c. 5. n. 4. & c. 6. n. 20. 21.* Rosenth. *Syn. F. c.8. Concl. 14. n. 9. & Concl. 16.* latè Hartm. Pistoris. *L. 2. Qu. Jur. 47. n. 30. - 40.* Advocatus forensis litigantes, quibus ante sub annuo salario, aut aliàs, se reddidit obstrictum, Jac. Cancerius *Var. Resol. P. 2. c. 14. n. 71. - 74.* Mager. *de Advoc. arm. c. 12. n. 248.*

19 Nec à juvante committitur eò perfidia, aut in posteriorem confœderatum injuria. Dum iniens hic fœdus cum illo, quem alteri socium jam & hinc præobligatum novit, ex juris dispositione ac ratione videtur contraxisse, seque ac fœdus suum prælationi & prioritati primi confœderati subjecisse, nec aliter suum socium sibi voluisse obstrictum, quàm salvo antiquioris jure, cui ne expresse quidem potuit quicquam derogare.

20 Si tamen ignoravit probabiliter præexistens ejusmodi fœdus, & posterius verbis conceptum est generalibus quoad defensionem, instar Ligii Feudi, fraudis non parum hic suberit suspicio, quâ in fœdus alter est allectus, sine dubio aliàs haud contracturus. Antiquiorem fœderatum sic juvans justa quidem agit, quia obligationi suæ satisfacit; Sed minùs justè, quia fidem, quam tertio dedit dolosè, frangit: quia hic ejus culpâ afficitur damno, quod, ejus fretus auxilio declinaturus, sibi magis accersit, quatenus hinc aliorum subsidia negligere inducitur, quibus in tempore petitis, rebus suis facilè consuluisset. Jure adeo istum fœderato huic secundo ad interesse cujusvis præstationem obligatum esse non ambigendum, quod in simili de duorum Vasallo sentiunt Pistoris *all. Qu. n. 37.* Rosenth. *c.8. Concl. 15. lit. K.* Schrad. *d. c. 5. n. 9.* fa. huc. *l. 6. ad Sen. Vell.*

Quàm

Quàm firmum autem Jus est primi confœderati, & contra posteriores, modo quo dixi, privilegiatum, eo ipso, quod in secundò inita confœderatione semper exceptum tacitè intelligitur, certè non aliud erit, quàm legibus cognitum, ac intra Justitiæ tramites. 21
Unde si prior fœderatus injustè bellat, inique alterius opprimit fœderatum, nil obstat, quo minus alter hic illum deserat, & tutò posteriori contra antiquiorem adsistat fœderato, prout & asserunt Dn. Schütz. *supra all. lit. G. p. m.* 830. Guttichius *de Confraternit. th. 8. lit. G. in Nucl. DISC. J. P.* in terminis Protectoris ratione diversorum clientum invicem arma moventium. Magerus *de Adv. arm. c. 13. n.* 438. Höping *de J. Prot. concl. 42. lit. C.* de Advocato Judiciali limitando Cancerius *all. c. n.* 75. 22
Et verum est, licet juratò, ex quacunque causa, contra quoscunque in fœdere priori pacta sint subsidia, vel ut eosdem habeant amicos & inimicos, quale cautum in fœdere Romanorum cum Ætolis Liv. *l* 38. *c.* 8, 11. & inter Pontificem, Henr. II. Gall. Regem & Ducem Ferrariens. icto ap. Thuan. *l. 16. Hist. p.* 324. *lit. B. Ipse amicos Regis pro amicis, hostes pro hostibus sine exceptione habere teneatur*: cum ejusmodi verba generalia casus juribus improbatos non comprehendant, *arg. l.* 2 *ff de Pact. dot. ibique* Goth. *n.* 5. sed sint interpretanda seu moderanda cum temperamento justitiæ, æquitatis, rationis & pietatis. Id. *ad l. 62. n. 68. de R. N.* Reinking. *de R. S. & E. l.* 3 *cl.* 1. *c. 6. n.* 7. 8. Cacheranus *Decis. Pedem.* 169 fa. huc *l. 11. §. 1. de Mun.* quoad justa, non injusta. Bellinus *de Re Milit. P. 6. Tit. 1. n. 6.* ac juramentum omnes qualitates actûs sui recipiat, conditiones, ac ejus naturam sequatur. 23
Et hic est primus casus, quo salvâ conscientiâ, datâ fide & famâ, fœderatus fœderatum deserere, imò armis aggredi valet. 24
Quem limito, quando prioris jus penitus illæsum expressè vult pactum posterius, nec contra istum fidei obligationem. Injustè siquidem bellantem juvare alter haud obligatus est, vi juris, & tacitâ quâdam lege. Ut verò nec posteriori fœderato contra antiquiorem ferat auxilium, ex ratione expressi sic est, utrumque ad effectum non commissi fœdifragii.

Alterum suppeditant Grot. *L. 2. de J. B. & P. c. 15. §. 13.* Fesch. *de Fœd. th. 4. lit. C* Rosell. *de J. Publ. pos* 68. ubi fœdus posterius quid ultra promissionem habet, quod quasi dominii translationem in se continet, puta subjectionis aliquid, vel aliàs sanctius vinculum. Quod & veri speciem habet. Dum enim fœdus pangentes tale factum non supponunt, quod post reverâ accidit, & si id credidissent, sine dubio non essent pacti, certè non obligabit tale fœdus ultra mentem con- 25

 trahentium,

trahentium, quam ut in qualibet sic in fœderum obligatione meritò respicimus. Prius fœdus contra posteriora obligat solùm, quatenus subsistunt in terminis nudi fœderis, non quatenus evagantur. Istud pangentes siquidem, quod & quale pangunt, id & tale, ejusdem generis ac formæ, non possunt non voluisse exclusum. Unde si fœdus posterius vel est dedititium, vel unam constituens Rempublicam, cujus species fuit illud Sabinorum ac Romanorum ap. Liv. *ad fœdus*, inquit, *faciendum Duces prodeunt : nec pacem modo, sed & civitatem unam ex duabus faciunt, regnum consociant, imperium omne conferunt Romam l.1.c.*13. quin hoc priore magis, imò quin contra illud sit obligatorium, dubio forsan caret, cum sit sanctius isto & dissimilis generis. Sic Romani negantes fœdus auxiliumque suum Campanis contra Samnites fœderatos, factâ deditione annuunt petitis. *Legatos*, ait Livius, *ad Samnites placuit mitti. Data mandata, ut preces Campanorum, responsum Senatûs amicitiæ Samnitium memor, deditionem postremò factam, Samnitibus exponerent. Peterent pro societate amicitiaque, ut dedititiis suis parcerent : neque in eum agrum, qui populi Romani factus esset, hostilia arma inferrent L.*7*.c.*31*. fi.* Sic Nepesinis deditionis quàm prioris societatis fides sanctior erat *ap.* Eund. *l.6.c.*10 *pr.* Sic Helvetii contra alios fœderatos sibi invicem auxiliantur, cum fœdere arctissimo sint invicem ligati in vim unius quasi Reipublicæ, cujus partis calamitas tangit totum Fesch. &

27 Rosellus *in all. loc.* Nec objici potest contra fœdus antiquius agi : Sicut enim pax transactionis instar relata ad lites ejusdem generis non violatur nisi per offensionem retrosimilem, & quam directò quis intendit animo vindicandi Mantica *de T. & A. Conv. L.* 27. *T.* 6. *n.* 8. 9. 10. Jac. de Graffiis. *Dec. aur. P.* 2. *l.* 2. *c.* 6. *n.* 6. *fi.* ita neque fœdus violari dicendum, nisi ejusmodi contraventione, quæ contrariatur pangentium intentioni, tempore contractûs existenti, & quando ista principale ejus, quod agitur, objectum est.

28 Sed quo minus hanc exceptionem generaliter cum *Feschio, Rosello, Grotio* probem, moveor ab hoc subjecta asserti ratione firmante. *Nam & sic*, inquit, *in venditione dicimus priorem preferri, nisi posterior dominium transtulerit.* Benè: Tam in venditione hoc valet. *L.* 15. *C. de R. V.* quàm investitura duobus facta, prout pluribus declarant Hartm. Pistoris *L.* 2. *Q. Jur,* 29. *à n.* 11. *usq. n.* 18. Rosenth. *Syn. F. c.*6.*concl.*9.*n.*1. Schrad. *Tr Feud P.*5.*c.*2.*n.*19.*pr.* Ant. Faber *L.* 3. *Cod. T.*22.*def.*4. Carpzov. *Jpr. For. P.*2.*C.*45. *def* 4.*n.*4. Fachinæus *L.*7.*Controv.c.*32. Thöming. *v.*1.*Cons.*9.*n.* 84-89. & *Cons.* 52. *n.* 58. Mynf. 4. *Obs.* 61.

Obs. 61. Quemadmodum tamen posterioris, etiam specialiter investiti, possessio haud opitulatur, nisi legitimè accepta, non malâ fide, nondum litigiosa, nec alteri fraudulenter erepta, forsan, cum proximè jam instabat mors possessoris & hinc jus occupandi feudum, de quibus & similibus limitationibus eruditè differunt Pistoris *d. Q. n.* 8628. *& seqq* Rosenth. *d.c. concl.* 12. Mev. *P.* 6. *Dec.* 153. in terminis venditionis duobus factæ Gail. 2. *Obs* 55 *n.* 11. Covarr. *L.* 2. *Var. Resol. c.* 19. *n.* 5 *ibique* Uffel *in Not.* Ideò tutius arbitror distinguere, præeunte aliquatenus Bellino *de Rémilit. P.* 10. *T.* 2. *n.* 33. 34. an fœdus posterius initum sit ante bellum cœptum, eove tempore, quo antiquiori præjudicium ex tali statu non erat metuendum; an post. Hoc casu non, illo valet exceptio memorata. Ex ratione, præter superius expositam, hac, quod in secundæ specie fraudulenter ab altero sit actum in injuriam & damnum alterius, auferendo ipsi jus jam quæsitum contra tertium bellandi. Quod secus in prima, ubi contra quos bellum paratur, factâ subjectione non amplius gaudent auctoritate bellandi, unde agendi contra hos minime habet, sed alterum sic offendens in subditis aut intimis membris, justa ejus in se arma invitabit. Improbo hinc Romanorum susceptum contra Samnites socios bellum: facta nimirum est deditio intempestivè. 29 30

Duobus hisce casibus adjungo pro capitis coronide, quod fœderatus contra fœderatum pugnare possit, quando singulis singuli præexistunt socii: Seu enim singuli inter se bellent, seu ab altero istorum armis petantur, utrobique eadem quæ superius exposita, nisi etiam major, militat ratio, ut fœdifragii notam quis non incurrat juvando socium suum particularem contra posteriorem fœderatum. Notari merentur, quæ hanc in rem docet *Pacif. Pyreneica Art.* 3. ibi: *Apres quoi, si l'authorité des deux Rois, ou leurs offices & leur entremise n'ont pû produire l'accommodement, & que les Alliez prennent, enfin, la voye des armes, chacun desdits Seigneurs Rois pourra assister son Allié, de ses forces: sans que, pour raison de ce, l'on vienne à aucune rupture entre leurs Majestez, ni que leur amitié en soit alterée. Comme pareillement toutes fois & quantes que quelque Prince ou Estat Allié de l'un des dits Seigneurs Rois se trouvera, directement ou indirectement, attaqué par les forces de l'autre Roy, il sera loisible à l'autre Roy d'assister ou secourir le Prince ou l'Estat attaqué, sans que tout ce qui sera fait en conformité du present Article, par les Troupes auxiliaires tandis qu'elles seront au service du Prince ou Etat attaqué, puisse estre pris pour une contravention au present Traité.* 31

CAP. XII.

FOEDERE an cur & quando SUCCESSORES pangentium sint obligati.

1 ROmanis atque omnibus Latinis inter se pax esto, donec cœlum terraque eundem habebunt statum; formula fuit, sanciendi fœdera perpetua Ehrenb. *l.2.de Fœd.c.1.p.26.* Hebræis hæc erant *Pacta Salis.* Et erit tibi fœdus SALIS *Num. 18. vers. 19.* i.e. stabile, incorruptibile & perpetuum Ravanellus *Biblioth. Sacrâ verb. Fœdus. n. 1.*
2 Lyra *ad d.verb.* Buxt. *in Lex. Hebr.* Junge *2. Paral. 13. vers. 5.* Sole & sale omnia conservantur. Totis corporibus nihil illis utilius v. Cæl. Rhodig. *Lect. Ant. l.6.c.1.* Sal secundo post animam ordine, φυλακτήριον σωμάτων, conservatorium corporum, ut *Philo* ait, sicut enim anima causa est incorruptionis corporum; sic sal quam diutissimè tuetur ea, redditque quodammodo immortalia *T. 2. l. de Victim. off. p. m. 1148.* Ægyptios cadavera sale condiisse, ut diutius durarent, tradunt Polus *Syn. Crit. ad Lev. 2. vers. 13.* Al. ab Alex. *Genial. Dier. l.3.c.2.pr.* idem de corpore Henrici Imperatoris mortui Ultrajecti ex antiquo scriptore refert. Limn. *T.5. ad l.2.c.12.n.13.* Uxor Loth respiciens, in salem conversa, statua salis dicitur, quia incorruptibilis & perpetua mansura. Polus *ad Gen. 19. vers. 26.* & ut *Augustin.* ad Marcellinum ait, hominibus fidelibus quoddam præstitit condimentum, quò sapiant aliquid, unde illud
3 caveatur exemplum. *P.2. de Civ DEI. l.16.c.30.p.m.372.* Sal in firmæ amicitiæ signum ante omnes alios cibos mensæ hospitali à Græcis fuisse appositum lego ap. præcit. Al. ab Alex. *l.5.c.21.* Rhodig. *l.12.c.1. p.m.430.* Pol. *ad Marc.9.vers.50.* quam sine sale prophanam esse veterum opinio fuit, refert ex *Lipsio* Speidel. *in Spec. J. P. H. verb. Saltz.*
4 *§. Sal item* apud nos incivile putatur. Sal ap. nonnullos Orientis populos & viro & uxori in ipso connubii articulo dabatur gustandus, ut ambos hortaretur, ad mutuum amorem servandum, & ad perpetuum amicitiæ vinculum. Id. *verb.* Hochzeiten *§. est insuper p.604.*
5 Sacrificia (quibus nisi adhibitis fœdera non sanciebantur, Pol. *ad v.5.c.13.2.Par.* Sic Britanni cœtibus ac sacrificiis conspirationem civitatum sanciunt ap. Tac. *in V. Agric. c. 27. fi.*) destituta sale erant nulla: sc. ut vel æternitas fœderis DEI, cujus symbolum erant sacrificia, vel cultus DEI sincerus & constans denotetur. Ravanell. *Biblioth. S. verb. SAL.* quod solenne fuit, tam in veri DEI *Lev. 2. vers.*

13. Ex.

13.Ez.43.verf.24. quàm falforum Deorum facrificiis. Eftius *ad d.v.13.* Valefius *Philof.S.c.16.v.*Panciroll.*Rer. mem. L. 1. de SALE & ibi* Salmuth.Romani mola falfa libabant,quæ ex farre tofto,confractoque, fale & aqua parabatur: fine his nulla fieri facrificia rata, & vim fali peculiarem ad placanda commovendaque Numina ineffe fentiebant.verba funt Sim.Majoli *Diet.Canic.Tom.2. Colloq.1.p.366. lit. E.* De Numa Pompilio Al.ab Alex. *Deos fruge coli & molâ falsâ fupplicari inftituit,quam molam ex farre.fale,& aqua compofuit,fine qua nullum facrificium fieri ratum cenfuit. l.13. G.D.c.12.* Sal ergò ut incorru- 6
ptionis fymbolum, ut unionis & amicitiæ inviolabilis teffera [quia fal, fecundùm *Salmuth* & *Rhodig. l. c.* velut ex aquis multis in unum quoddam & folidum coit: ita ex diverfo convenientes in unum animi coalefcunt. Vel quia duo elementa, implacabilem antipathiam inter fe fovere folita, miro fœdere in fale reperiuntur conjuncta.Picinell.*Mund.fymbol.l.12.c.27.n.260.*]in fœderibus pangendis ufurpatum,ad indicandum,inviolatè hæc effe fervanda,perpetuòque cuftodienda. Quæftio hinc eft, an & ad fucceffores tranfeat hoc vinculum.

Ratio Statûs, in qua fe fundant fœdera, obligat fucceffores 7
in ftatu, & dubium haud effe, ait *Boxhorn*, ut fœdera, quorum certum tempus non definitum, & perpetua caufa eft, tranfeant ad fucceffores *Diff.4.de Rom.Imp.§.3.* Nec diftinguo inter fucceffionem 8
hereditariam & Gentilitiam. Jure enim fuccedens hereditario una quodammodo cum defuncto per repræfentationem cenfetur perfona,*N.48.pr.l.2.§.2.de Prat.Stip l.22.de Ufucap.* junct. *l.34.de A.R.D.* & defuncti factum, factum heredis: *l.6.§.7.de Aq.pluv.* qui tali proinde tanquam proprio facto non contravenire, *arg. l. 25. de Adopt. l.3. C. de Rev.don.& ibi* Brunn *n.4* fed hoc obfervare obligatur & approbare. Th.Michael *ap.* Klock.*V.3.Conf.122.n.5.*Jac. Thöming. *V. 1.Conf. 43. n.*8.9.Grot.*l.2.de J.B.& P.c.*14.*§.*10.*arg.l.*143.*l.*149.*l.*175.§. 1.*de R. J. l.*14.*C.de R.Vind l.7.C.de lib cauf.l.14.C.de Evict.l.3.C.de Reb.al.l.*10. *C.Loc.*text.notab.in *l.52.§.1.ff.de Pact.l.*44. *pr. ad Sen. Treb.* ibi *idem in herede ejus conftituendũ: Cur enim recufaret,quod recufare non potuit defunctus?* quod pulchrè exornat Tabor *in Barb.locupl.l.17.c.64.Ax.9. 10.*Succeffor autem in Jus Regni folùm,ex pactis Gentilitiis,Electione, 9
aut Jure fanguinis,licet caufam non habeat ab anteceffore *c. 25. verb. intelligitur ad Jus quoddam eligi,qui ex electorum affenfu de novo creatur, & cum electo in canonicũ nafcitur, & definit cum defuncto.x.de prebend.* ac gravari non poffit, qui non honoratur Brunn. *ad l.9 n.5.* & Goth.

n.6. C. de Fideicomm. per h l. & l. 1. §. 6. de Leg. 3. l. 31. de Pign. nec privatorum dispositioni subsit, quod lex dat *l. 22. §. 1. de Adopt. N. 22. c. 33. c. 17. de R. J. in 6.* ac in his, quæ quis ex sua persona, non à defuncto habet, ejus etiam facto obligari nequeat *per l. 3. pr. de Interd. & Rel. Officii* tamen *Dignitatisque*, cujus sunt successores, natura requirit, ut gesta & contracta sub nomine dignitatis, ex natura & consuetudine officii observent. Carpzov. *ad L. Reg. c. 3. S. 14. n. 1618.* Mev. *P. 3. Decis. 230.* Klock. *V. 1. Cons. 7. n. 631. 642.* Merckelb. *ap.* Eund. *Cons. 44. n. 1. h V.* Jac. Cancerius *P. 3 Var. Resol. c. 1. n. 149.* Besold. *L. 3. Diss. Nomico-Pol. de Success. & Reg. El. 2. n. 1. 2. 5. in V. 5. Dissp. Basil.*

10 Majestas enim & Dignitas (1) semper manet eadem in utroque, nunquam moritur. Goth. *ad l. 56. de leg. 2. per h. l. l. 2. C. de Fabricens. 11. 9.* ibi. *æternitatem nostram. l. 3. C. de Vet. Numism. Pot. 11. 10. N. 134. c. 6. pr. c. Liberti 65. c. 12. q. 2. c. 5. de Rescript. in 6.* Buxt. *ad A. B. concl. 37. lit. C.* Carpz. *d. S. n. 20.* Myler. *Nomol. c. 10. §. 5.* quod declarat. Salgado de Somoza *Tr. de Reg. Protect. P. 1. c. 3. n. 86-91. p. 99.* unum semper est Imperium, unus-
11 quePrincipatus *arg. l. 10. de off. Proc. l. 76. de Jud.* In ejus ergò respectum utiliter ab antecessore gesto obstringitur succedens in Dignitate & Majestate: Obstringitur inquam, non ἀμέσως, ex absoluta istius voluntate, & sic vi cujusdam subjectionis, quam paritas status non patitur; sed ἐμμέσως, interpositâ civitate, Imperio seu Republicâ, per & propter quam duntaxat, velut necessariam consequentiam, obligationis transit vinculum, circa quod sic philosophatur Grot. *Cœtus quilibet, non minus quàm personæ singulares, jus habet se obligandi, per se aut per majorem sui partem. Hoc jus transferre potest tum expressè, tum per consequentiam necessariam, puta imperium transferendo. Nam in moralibus qui dat finem, dat ea quæ ad finem perducunt. L. 2. de J. B. & P. c. 14. §. 11.* unde persona non tam inspicitur
12 quàm ipsa conditio. Van der Græf. *de Regal. c. 56. n. 17.* In rebus siquidem ad Imperii Statum, publicamque utilitatem ac dignitatem pertinentibus, non tam Princeps, quàm per eum Imperium seu Respublica videtur contrahere. Carpz. *Decis. 88. n. 19.* Myler. *d. c. 10. §. 4. f.* Spreng. *J. P. p. 26.* Treutl. *v. 1. D. 6. th. 7. lit. B.* Hôc sensu Sen. *Imperator, inquit, fœdus percussit, videtur populus Rom. percussisse, & continetur inito fœdere. l. 4. Controv. 25. p. 193.* Benè *Bald. ap.* Salgado de Somoza *Labyr. Cred. P. 2. c. 22. n. 96. quæ sine officio fieri nō possunt, ab officio facta videntur, persona sui ministerium præstante, quia officium sine persona est in actu primo in forma substantiali, sed non in actu secundo in executione.* &
13 consequenter fluit (2) Successorem in jure ejusdem dignitatis, in

eodemque

eodemque Imperio, territorio ac Principatu, esse & fieri non nisi cum omni causa, onere *arg.c.7.fi.x.de imm.Eccl c.77. de R. J. in 6.* omnique jure, quod Reipublicæ inhæret, quæ in se recepit ejus imperium, quæque fœderum, ut ita dicam, origo maximè ac fons est. Cur enim in fœdera, vel realia vel personalia, coeunt Magnates & territoriales Domini, nisi ut tuta sit & floreat, quam regunt, Respubl. vel civitas? aliter contrahentibus sibi ipsis impedimento forent, rupto vinculo, per quod hi subditis quasi uniuntur, & imperium cohæret, in quo, tanquam corpore politico, avulsis membris caput corruat necesse est. Si quid non ulterius, publica certè utilitas (3.) 14
nostram roborat θέσιν, & successores ligat, ne hanc etiam quoad fœdera spernant, ut fatetur Galliæ Rex Franciscus II. in literis ad Helvetios. *Lex Regia non aliter nos obligari patitur, quàm ad ea fœdera pactave, quæ cum exteris Principibus ac populis ad hujus Imperii utilitates & commoda à nostris majoribus contracta fuerunt &c. ap.* Bodin. *L.1. de Rep.c.8. all. à* Reink. *1.3. 10. n. 20.* Nam hanc utilitatem suprema Reip. lex sanctè & generaliter custodire jubet, non attento, quo imperante publica salus id incrementum sumserit: cum ejus nomine quæ contrahuntur, contrahantur non in personam, sed ipsã rem; ac in officiis & dignitatibus successor una cum prædecessore censeatur persona. *arg. d.l.56. & c.5.c. 14. x. de off. deleg.* Klock. *V. 2. Conf. 4. n. 115.* Salgado de Somoza *Labyr. Credit. P. 3. c. 6. n. 16. p. m. 695.* 15
Imperantis etenim persona, considerata ut organum & instrumentum Reip., intellectualis est persona & publica, principaliter fundans actus à Rep. per hanc, juxta præmonita, productos, mori adeoque nescia, licet quà homo deficiat, ut probè distinguunt Myler *d.c.10.§.5.pr.* Salgado *de Reg.Prot. P.1.c.2.n.41-43.* hinc Galli *Les Roys ne meurent point en France. ap.* Lans. *in Or. pro Gall. p.m. 136.* & Brulardus Cancell. ad Mariam Reginam: *Nusquam mori Reges in Gallia: Henrico in casum dato, stare Ludovicum. Principes, qui homines sunt, vitâ destitui, Rempubl. æternam esse.* narrat Gramond *l.1. Hist. c. 1. pr. p. 4.*
Antecessoris itaque facto contraveniendo, cum sibi ipsi sic contraveniat successor, sequitur (4.) ad fœderis ejusmodi observantiam obstringi eum, omni eodemque jure, quo in propriis contractibus non sine insigni turpitudine injustitiaque fidem poterit fallere. Hinc *Bald.* ap. Klock. *Sicut Princeps non est Dominus Elementorum, ita nec contractuum, qui inceperunt à prædecessore v.3. Cons. 154. n. 22. & c.16. Tr. de Contrib. S.1. n. 155.* Modò justitia, æquitas, publica necessitas utilitasque pro basi hîc servata, ut benè declarat Myler *Nomol. c. 16.* & 16

ab anteceſſore circa Regnum ejusque intuitu ita geſta ſint omnia, & contractus initi, ut ex præſumta populi voluntate inſtituerentur i.e. quatenus expedit *v.* Dn. Velthen *ad Grot. l. 2. c. 14. Q. 1.* In quo tamen non tam exitus in re quàm probabilis rei gerendæ ratio ſpectandus monet & probat Grot. *d. c. §. 12.* Et hanc ſententiam de facto & contractu anteceſſoris, intuitu dignitatis, pro ejus utilitate, neceſſitate, augmento, conſervatione vel tuitione, & in commodum Reip. aut territorii inito, inviolabiliter à ſucceſſore, ſeu hereditario, ſeu dignitatis, obſervando communem ajunt & amplectuntur Dd. catervatim allegati ap. Klock. *V. 2. Conſ. 4. n. 114. V. 3. Conſ. 154. n. 26. 27. 35.* (ubi Juriſtas & Canoniſtas communiter hoc ſtatuere de Pontificis, Imperatoris, Regum, Ducum, Marchionum & Comitum ſucceſſoribus refert. Idem probat Cothmann. *V. 2. Reſp. 52. n. 231-239.*) Cacheran. *Deciſ. Pedem. 139. n. 11.* Hect. Capycius Latro *Select. Conſult. Jur. 47. n. 51-54.* Jac. Cancerius *P. 3. Var. Reſol. c. 1. n. 142-152.* Mantica *de T. & A. C. L. 27. T. 5. n. 1.* Mager. *de Adv. arm. c. 16 n. 820-822.* Roſenth. *Syn. F. c. 10. concl. 38. n. 27. 34.* Schrader. *Tr. F. P. 9. S. 14. n. 54.* Syring. *Diſſ. de Pace Relig. Concl. 19. in V. 5. Diſſp. Baſil.* Cluten. *Syll. Rer. quot. Concl. 18. lit. F. in V. 2. Diſſp. Baſ.* Rich. Dieter. *de S. S. Imp. Pot. concl. 52. in V. 1. Diſſp. Baſ.* Gudel. *de J. Pac. c. 12.* Carpz. *P. 2. Jpr. For. c. 30. def. 21. & Deciſ. 88.* ubi ex ære alieno à prædeceſſore utiliter contracto, it. ad cuſtodiendum privilegia ob benemerita conceſſa teneri ſucceſſorem, deciſum refert. V. quæ de ejusmodi privilegiis obſervandis, & debitorum agnitione diſtinctè commentatur, allegatis inſuper perpluribus auctoribus, Myler. *Nomol. c. 13. & 14.* & ſucceſſorem teneri implere conceſſam à prædeceſſoribus expectativam ſub dignitatis nomine, ac ad obſervantiam in his, quæ ſunt de juribus Feudi, docent Struv. *J. F. c. 7. A. 9. n. 15.* Jac. Thöming. *V. 1. Conſ. 38. n. 18.* Mev. *P. 1. Dec. 166. n. 1.* poſt alios Myler. *Nomol. c. 15. §. 1.* qui à *c. 10.* affirmativam de obligatione ſucceſſorum doctè & latè deducit poſt Taborem *Tr. de Obl. Succ. &* Reinking. *de R. S. & E. l. 1. cl. 3. c. 10.* quem ſequitur B. Dn. Schütz *V. 1. J. P. d. 3. th. 8.* add. pro noſtra ſent. Klock. *Tr. de Contrib. c. 8. à n. 68-79. & ſeqq.* ubi argumentum aliter ſtatuentium nugatorium ait cum *Meichſnero.*

18 Nec porrò diſtinguo, an, & quo jure ſtatus ſeu Reip. forma mutetur. Geſta enim Principum ob juſtæ cauſæ præſumtionem ligant populum etiamſi ſui juris factum. Grot. *L. 2. c. 14. §. 12. n. 2.* Regentium autem auctoritas in dubio aliam non admittit Reink. *l. 1. cl. 1. c. 5. n. 88.*

c.5.n.88. cum in ejus favorem sit præsumendum, eum non nisi ex justa causa quid facere Mascard. *V.3.de Prob. Concl.1236.n.21.22.* Hect. Capyc. Latro *Sel. Consult. Jur. 47. n.71. latè* Menoch. *de Præsumt. L.2.Præs.10.n.9.& seqq.*& sub nomine dignitatis gerere vel contrahere Reink.*1.3.10.n.33.* Covarruv. *de Testam.c.15.n.2. & ad c.quamvis. de pact.in 6.P.1.§.5.n.10.* Tale autem est, quod contrahitur ad utilitatem publicam (quæ maximè justa causa Gail.*2.O.56.n.2.*) de re pertinente ad ipsam dignitatem, quod successor probabiliter fecisset, aut facere obligatus erat, si in administratione tum temporis fuisset Myler. *Nomol.c.10. §.3.* & sic potius in rem quàm personam. Nisi gratiam Principis nocuisse Reip.evidenter appareat *arg.l.12.C.de Transact.junct.l.14.ff.de Pact.*Carpz *de L.R.c.3.S.14.n.21.* cujus tamen probatio difficilis est.Reink.& Menoch. *all. loc.* Eadem utilitas publica, 19
nec non idem semper permanens corpus, ratio est, ut is qui pleno jure imperium adeptus, hæc præstet quæ populus liber contraxit. Grot.*l.2.c.16.§.16. pr.* quod verum arbitratur Dn. Ziegler.*ad prac. c.14.§.11.*etiamsi non translatum à populo, sed virtute bellicâ occupatum sit imperium. Quia enim ex antecessoris facto, non antecessor tantùm, sed ipse etiam populus, cæteris paribus, obligatur, non potest occupatio alterius bellica facere ut obligatione suâ liberetur populus. Ergò dum totum & integrum corpus universitatis obligatum manet, non poterit immunis esse, qui nunc est universitatis caput & membrum præcipuum.] Hi autem qui nullo legiti- 20
mo titulo imperium invaserunt, etsi territorii invasi jurisdictionem non acquirant, Reink.*1.1.5.n.9.* Gail.*de Arr. J.c.1.n.21.* illorumque gesta sint ipso Jure nulla, Id.*2.O.54.n.9.* & proinde jus obligandi populum non habeant Grot.*l.1.c. 4.§.15.* Salus tamen publica per supra dictam rationem operatur, ut teneant, quæ ejus causâ sunt conventa.*v.*Osiand. *Obs.ad h.§.15.* & qui clarè hanc enucleat qu. Celeb. Dn.Bœcler.*Diss.de eo quod Civ:eg.p.8-20.* Certè propter hanc multa contra juris regulas sunt inducta Klock. *V.1. Cons.3.n.27.v.3.Cons.147. n.61.v.*Tabor.*L.19.Barb.locupl.c.48.l.51.§.2.ad L. Aquil.c.3. de Sent. & Refud.in 6.* gesta quoque per inhabilem personam firmiter valent *arg.l.3. de Off. Præt.* Salgado de Somoza *Labyr.Cred.P.2.c.9.n.46. 144.* quod pluribus exemplificat, additis ampl.& limitationibus Mascard. *de Prob.v.2.Concl.649.n.2-35.& seqq.*

Multò minus distinctio inter seculares personas & Ecclesiasti- 21
cas hîc valet. Licet enim à laico successore ad ecclesiasticum haud concludenter arguatur, uti probat Merckelb.*ap.*Klock.*V.1.Cons.44.*

n. 32. 40. & hi juris tantùm ecclesiastici, non defuncti antecessoris sint successores *arg. c. 1. de Prab. c. 5. de Institut. c. 15. de Jur. Patron. c. 11. de Fil. presb. 1. F. 3. & ibi* Goth. in cujus locum substituuntur, non per translationem, sed privationem; non jure successionis, sed vel postulationis vel electionis, & sic ex novo titulo, novo & singulari jure ad dignitatem ascendunt, quales antecessoris factum ratum habere non tenentur. H. Pistoris *L. 2. Qu. 26. n. 22. Qu. 27. n. 1-3.* illorum tamen gesta non ex nuda ratione contractûs, sed quatenus specialiorem determinationem ex necessitate, commodo Ecclesiæ ac sub dignitatis statu (ratione cujus contractus à Prælato in dubio semper præsumitur celebratus Klock. *v. 2. Conf. 4. n. 112.*) continent, hos obligant. *c.* 1. ibi. *pro Ecclesia necessitate x. de Solut. c. 21. x. de Rescript. c. quicunque 66. C. 12. q. 2. v.* Salgado *de Reg. Prot. P. 1. c. 3. n. 87-90.* Myler. *Nomol. c. 10. §. 8. c. 12. §. 3. & c. 14. §. 1. 2. &* Struv. *J. Feud. c. 14. Aph. 29. n. 5.* eo modo, quo contractû tutoris nomine tutorio factum pupillus major factus servare tenetur. *l. 16. ff. de Adm. Tut. l. 3. C. qu. ex facto tut.*

22 Supervacanea quoque hîc esset exceptio inofficiosi, Doctoribus aliàs familiaris. Talis enim cum præsupponat regulam, seu requiratur de regula, de contentis sub ea, & cjus prædicato; præter rem esset quærere de obligatione successorum, cum, hac non existente nisi per populum, ipse contrahens sic citra perfidiæ notam conventionem retractare liberè possit, quæ invalida, contra legis prohibitionem, intolerabilis est, & cum Reipubl. detrimento juncta. Bruñ. *ad l. 14. n. 7. C. de R. Vind.* ubi ait, *quod factum defuncti improbatum heres, ut ut una aliàs cum eo persona, impugnare possit, quia*
23 *ipse contrahens hoc potuit*: idem Thöming. *V. 1. Conf. 8. n. 29.* Non obstante juramento contractui addito de non revocando *arg. c. 33. x. de jurejur.* prout in terminis scribit Merck. *ap.* Klock. *V. 1. Conf. 11. n. 163.* quia juramenta hujusmodi, quæ fiunt in damnum suæ dignitatis, non juramenta, nisi temeraria, sive perjuria sunt censenda. *Gl. ad d. c. 33.* Qualia non obstringunt: promissio enim per se illicita juramento firmari nequit. Balduin. *Cas. consc. L. 2. c. 9. Cas. 8.* Et vitium nullitatis non patitur stare contractum: nec contrahenti Principi prohibitum hanc allegare, qui ita contrahendo lædere cen-
24 setur coronam. Reink. 1. 3. 10. *n.* 12-15. Quamvis enim proprium factum impugnari, contra datam fidem agi, & propria turpitudo allegari cum effectu haud queat, vetantibus hoc juribus *l. 30. C. de Transact. l. 5. C. de Serv. pign. dat. l. 4. C. qua in fr. Cred. l. 4. C. de Rev.*

Don.

Don. & ibi Goth. l. 15. de Adopt. cum simil. adeò, ut etiam heredibus hoc impermissum dicat Merck. v. 2. Cons. Klock. 61. n. 13. licitum tamen hoc est in facto & contractu jure nullo, à lege ob publicam utilitatem & præjudicium alterius improbato, prout hæc regula declaratur ap. H. Pistoris L. 4. Qu. Jur. 7. n. 12. 13. Cacher. Dec. Pedem. 180. n. 1-3. Thöming. d. Cons. 8. n. 32. Klock. V. 1. Cons. 2. n. 55-57. Cons. 11. n. 164 Brunn. ad Tit. C. de lib. caus. n. 14. 15. & ad l. 7. C. de Agric. & Censit. cujus varias aliàs limitationes tradunt Id. ad l. 4. C. de Rev. Don. l. 14. C. de SS. Eccl. & ad l. 2. C. de Cond. ob turp. caus. Carpz. J. For. P. 4. C 45. Def. 4. n. 5. Tabor. in Barb locuplet. l. 18. c. 33. Ax. 5. Nec 25
alter potest conqueri de fraude, qui vel scivit, vel scire facilè potuit, aut debuit, quæ sunt paria. Mev. P. 7. Dec. 170. n. 6. Hector Capyc. Latro Consult. Jur 48. n. 21. Faber. l. 9. C. Tit. 13. Def. 7. n. 2. Goth. ad l. 38. de A. Her. per l. 5. ff. de R. Cr. cum sim. ejusmodi contractum jura non probare: sciens autem se ipsum decipit l. 1. §. 6. quod fals. tut. l. 145. ff. & c. 27. de J. in 6. Si quid interim ab antecessore hîc ne- 26
glectum, successor eum imitari dedignans jure emendabit, cum ejus gesta, quæ leges non admittunt, non rectè sequatur. arg. l. 26. pr. de Tut. test. N. 8. c. 11. pariter ac contractum Principis invalidum, privilegia minus legitimè concessa, & alienationem Regalium successor rectè revocat. Merck. ap. Klock. V. 1. Cons. 7. n. 611-613. & Cons. 6. n. 231.

Sed quid si de non-revocandis prædecessorum gestis fœderi- 27
busve hîc sit juratum? R. Nec religionis prætextu oportet fraudem fieri legi: arg. l. 3. §. 3. ad SCtum Mac. l. 27. de Prob. l. 5. C. de LL. nec juramenta ejusmodi sunt præcisa, sed semper ad laudabilia ad æquitatem restringenda. fa. huc l. 30 de Op. lib. Jac. Cancer. P. 3. Var. Resol. Jur. c. 13. n. 324. Klock. V. 4. Cons. 52. n 4. Sichard. ad l. 3 n. 12. ex qu. c. inf. Farin. Tr. Cr. qu. 17. n. 17. ubi judicem statuta & LL. servare licet juret, non tamen propterea incurrere, ait, perjurium, quando recedit ex justa causa. In nostro casu, quod verius est, successor à juramento non recedit. Recessum enim qui facit, fatetur juramentum fuisse validum; arg. l. 4. de Divort. & quod privatio (ut terminus ad quem) habitum necessariò præsupponat per l. 6. de J. Jur. l. 43. §. 9. de Æd. Ed. l. 116. de V. O. l. 209. de R. J. Stahlius P. 2. Reg. Phil. Disp. 19. R. 13. Everh. in loc. leg. 26. Mascard. de Prob. V. 1. Concl. 13. n. 3. Tabor Barb. locupl. l. 14. c. 73. Ax. 8. Quævis autem juramenta dum præstita cen- 28
sentur sub confidentia, quod actus non fuerint specialiter prohibiti, aut contra honestatem, vel publicam utilitatem, si de contrario

post

post constet, hæc justè negliguntur, ad quæ jurantis intentio nunquam pertinuit Klock. *V.*1. *Conf.*35.*n.*362. 381. text. notab. in *all. l.* 30. *c.*16. *x. de Jur.* licet habeant vim clausulæ de MELIORI MODO *arg. l.* 77. *§.* 23. *de Leg.* 2. Mantica *de Tac. & A. Conv. l.* 4. *Tit.* 30. *n.* 21. Masc. *d. V.* 1. *C.* 345. *n.* 38. *V.* 2. *C.* 622. *n.* 43. Carpz. *l.* 2. *J. Consist. Def.* 27. *n.* 4. Covarruv. *ad c. quamvis* 2. *de Pact. in* 6. *P.* 2. *§.* 6. *n.* 2. Cacher. *Dec. Ped.* 75. *n.* 8. & quos laudat Cothm. *V.* 1. *Resp.* 18. *n.* 101. quod per varias illationes declarat Everh. *in L. L. à vi Juram.* 130. *n.* 20-27. dum tamen actum intensivè solùm firmant, ex natura certè confirmationis evincitur, juramento hîc generaliter præstito antecessorum quoad læsam Remp. gesta haud confirmari, quæ ipso jure nulla. Nam ista, tanquam actus per se non stans, sed alium respiciens, regulatur & intelligenda secundùm naturam & cum qualitatibus dispositionis confirmatæ in omnibus & per omnia. Nihil dat novi, nec auget nec minuit dispositionē. Id solùm operatur, quod confirmatū. *l.* 36. *§.* 1. *de Don. inter V. & V. c.* 6. *f. vers. cæterum x. de Fide instr. c.* 4. *x. de confirm. util c.* 13. & 29. *x. de Privil.* Actum non facit, sed factum absque extensione roborat. Nullum tollit defectum aut obstaculum: non confirmat nisi quod est, quod est firmum; non quod irrationabile est & injustum, nec non-confirmabile & per se nullum. prout confirmationis naturam declarant Jac. Cancer. *P.* 3. *Var. Res. c.* 3. *n.* 177. & *seqq.* Klock. *V.* 1. *Conf.* 4. *n.* 32-34. *Conf.* 7. *n.* 559. 560. *Conf.* 51. *n.* 160. 161. *V.* 3. *Conf.* 114. *n.* 84-86. Cothm. *V.* 1. *Resp.* 9. *n.* 117. *V.* 3. *R.* 47. *n.* 344. *R.* 31. *n.* 29. *V.* 5. *R.* 7. *n.* 112. 113. 118-120. Tabor *Barb. locupl l.* 3. *c.* 46. *Ax.* 2. 3. 5. 6. Salgado de Somoza *Tr. de Reg. Prot. P.* 2. *c.* 14. *n.* 20. & *P.* 4. *c.* 11. *n.* 37. Mev. *P.* 6. *Dec.* 334. *n.* 3. & *P.* 7. *Dec.* 232. Gail. 2. *O.* 1. Hector Capyc. Latro *Consult. Jur.* 41. *n.* 22. 23. 24. & *Consult.* 66.
29 *n.* 11-14. Ad actus quoq; hoc Juramentum non extendendū ob inexistens vitium intolerabiles, nec transmissibiles, quorum tamen in se, ex individuo nexu, sequitur naturā, nil addito novo. *arg. l.* 56. *de fidejuss.* & quia semper secundùm consensum ex præsupposito regulatur, nec ultra istum obligat, hujus defectus ejus etiam tollet vires. Fach. 2. *Controv. Jur.* 17. Brunn. *ad l.* 16. *n.* 6. *C. de non num. pec.* H. Pist. *l.* 2. *Q. Jur.* 47. *n.* 50. parū obstante præd. clausula, quoad hoc, ob negatā actûs substantiā sive formā consensū sc. limitanda; in terminis Mantica *de T. & A. C. l.* 4. *T.* 32. *n.* 88. & quod Juramentū formā essentialē non suppleat, ac ad incognita inconsiderataq; haud extendatur *c.* 16. & 34. *ubi* Gl. *x. de Jur.* Carpz. *P.* 3. *C.* 1. *d.* 29. *n.* 9. *C.* 30. *d.* 3. Mev. *P.* 1. *Dec.* 147. *n.* 1. 4. *P.* 5.
29 *Dec.* 47. *n.* 5. Klock. *V.* 1. *Conf.* 35. *n.* 372. Imò etsi in prædecessorum illicitè

licitè gesta à successore sciente sit juratum, attamen nullius hoc erit efficaciæ, nec absque divinæ Majestatis offensa. *tx. notab. in c. 1. de Jur. in 6.* Si enim in tertii privati præjudicium Juramentum non obligat. *arg. c. 28. x. de Jur. c. 2. de Pact. in 6.* Carpzov. *P. 1. C. 28. d. 73. n. 5. & P. 2. c. 23. d. 4. n. 1.* quod generaliter verum ait Mantica *de T. & A. C. l. 12. T. 33. n. 44.* multò minùs obligatorium erit tale quod in damnum publicum directè vergit. *arg. c. 12. x. de For. comp. c. 27. de Jur. l. 38. de Pact. v.* Struv. *Ex. 17. th. 22.-25.* quemadmodum nec juramentum Prælati, præstitum generaliter quamvis de servandis statutis & consuetudinibus Ecclesiæ, his, quæ nonnunquam reperiuntur illicita & impossibilia, robur addit, nec ad ea referri debet. *d. c. 1.* perjurium aliàs potius dicendum esset quàm juramentum. *c. 1. x. de his quæ fiunt à maj. parte cap.* Ut adeò verissimum sit, quod ex aliis referunt Klock. *d. Cons. 35. n. 382.* Cothman. *V. 1. Resp. 18. n. 58. V. 4. R. 7. n. 17.* Juramentum simile esse Mercurio Planetæ, qui in domo Planetæ boni bonus est, in domo mali malus.

Nec denique attendendum, si individua personarum hîc paciscentium mentio fiat. Licet enim contractus in dubio magis præsumatur 31
personalis quàm realis, si proprium nomen sit expressum; Mascard. *V. 3. de Prob. concl. 1127. n. 1. & seqq. arg. c. 6. de institution.* hoc tamen verum monet Mantica *de T. & A. C. l. 5. T. 13. n. 21.* nisi ex probabilibus conjecturis contrariũ possit intelligi. Unde in nostro casu fœderis realitas non tollitur, quam & mens & verba fœdus pangentium luculenter probant. Imo cum favorabilium prior & potior sit præsumtio, 32
in dubio perpetuum & sui naturâ reale præsumendum fœdus, quod complectitur rem, h. e. conservationem totius Reip., eamque unicè spectat, velut suum adæquatũ & permanens subjectum; personis quanquam decedentibus: nam insuper & hæ plerumque inseruntur pacto, ut demonstretur solùm cum quibus, non ut personale pactum sit factum. *l. 7. §. 8.* junct. *l. 48. pr. de Pact. v.* Van der Graef *de Regal c. 56. n. 17.* Et quod jam ante dixi, imperantes semper vivere repræsentati- 33
vè, quà organa & instrumenta Reip., nec tam hos, quàm Remp. per eos sic contrahere, evidenter præsens firmat. Dum enim quicquid facit persona repræsentans, fieri videtur à persona repræsentata. *l. 34. §. 3.* ubi Goth. *n. 36. de Leg. 2.* certè nec inspici debet, per quem actus expediatur, sed in quem ejus effectus dirigitur, quod etiam inculcat Salgado *Labyr. Cred. s. all. P. 2. c. 22. n. 96. p. m. 560.* Juvat etiam asser- 34
tum, quod privilegia in dubio censeantur personalia, nec ad heredes transeuntia, ob recessum à jure communi, qui generaliter odiosus, &

ſtrictè interpretandus. Id. *eod.P.2.n.102.* Gail. *2.O.2.n.14.* & *O.35.n.9.* ubi idem de ſtatutis correctoriis tradit. Klock. *de Contrib. c.16. S.1. n.51.75.* Reink. *2.2.10. n.23.* de quo doctè commentatur Menoch. *L.3.*
35 *Præſ.103.* Fœdus igitur quò magis bonæ fidei eſt & favorabile, eò benignius è contrario interpretandum erit, & ſi paritas adſit conjecturarum, reale præſumendum, quod & ſtatuit ſub diſtinct. Grot. *L.2.de J.B.& P. c.16. §.16. n.3.* generaliter autem Felden. *in Not.ad h. §.16.p.76.* & in contractibus jus inter privatos vult obſervari *l. 8. §.4. de Pign. A.l.8.§.16.qu.m.pign.ſolv.l.9. & ibi* Goth. *n.42. de Prob.l.13. C.de contr.St.* Mev. *P.5.Dec.348.* (inque Feudis etiam, in quibus contra naturam horum collaterales primi acquirentis ex pacto ſuccedere poſſunt, idem decidit Struv. *J.F.c.9. Aph.4.n.3. arg.d.tx.*) omiſsâ licet heredum mentione in ſe ſuperfluâ, Brunn. *ad d. l.13. n.6.* Gail. *d. O.n.10.* Carpzov. *P.2. C.1.D.10. & Deciſ.292.n.16.* Berlich. *P.2. Concl. P.P. 2.n.22.* & quos pro hac ſententia allegat Dn. Ziegler *ad Grot.c. §.16.*

36 Si ergò initum Fœdus cum Clauſula *pro ſe & ſucceſſoribus. c. Quia.59.* ibi: *nec noſtris, nec filiorum, & Deo diſpenſante ſucceſſorum noſtrorum temporibus C.16.q.1. Lib. de Pace Conſt. §. 2. verſ.amplius.* qualem ad vitandam ambiguitatem & controverſiam commendat Gudelin. *de J.Pac.c.12.f.*& continet, quod eſt hereditarium inter Bohemos & Saxones, relatum à Limnæo *L.5.J.P. c.15. n.9.* it. inter Saxones Brandenb. ac Haſſos: & quod ut perpetuum ac indiſſolubile ictum Anno 1656. M. Nov. inter Carolum Guſtavum Sueciæ Regem ac Srmum Electorem Brandenb. FRID. WILHELMUM, cujus capita lectu digna extant in *Vol. 7.ſeu Contin.3.Act. Publ.* Londorpii *l. 7. c.275.* it. inter Polonos ac prælaudatum Dn. Elect. Ao 1657. M. Sept. *Vol.8.Act.Publ.L.8.c.101.& 134.* obligatio tranſit ad ſpecialiter nominatos, per ſ. dicta, & juſtitiæ rationisque ordinem, quæ ſuadet, prædeceſſorum voluntatem ſervari ab his, qui ſuis geſtis & placitis venerationem cupiunt. *c. Juſtitia.15.C.25.q.1.* Quod enim tibi fieri non vis, alteri ne facias, quàm verè tam ſæpius dixit Alex. Severus Imp. Eraſm. *Apopht. L.6.p.m.* 416. juxta Maximam naturæ & præceptum CHRISTI *Matth.7. verſ.*12. contraria utut quamplurimùm hodierna ſit praxis, ex qua homo in ſe ſemper aliud fert, in alterum aliud cogitat. Grot. *ap.* Polum *ad d.verſ.*12. Nec licet id poſtulare, cujus contrarium quis petiturus haud eſſet *l.24. C.de Solut. l.7. C.de Reſc.V.l.17. C. de Uſur.* Reink. *de Retr. Qu.6. n.298.* Klock. *V.3. Conſ.* 149. *n.* 70. Unde illud Domitii Scitum. Cur ego te haberem ut Principem, cum

tu non habeas me ut Senatorem? *c.7.dist.95.* Et dum Regna, Principatus ac Dominia potius ad commoda subditorum quàm Dominorum sunt instituta, quibus non tam subditi & Resp., quàm qui subditis & Reip.sunt dati, ac ad id à Deo ordinati, ut pro Lege pro Grege juxta illud Alphonsi pugnent ac vigilent; Polus *Syn. Crit. ad Ps.78.v.72.* Cothm.*V.4. Resp.3.n.273.287.* Vasquius *L.1. Ill. Controv. Pref.n.102. C.1.n.10.20. & per tot.* Saavedra *Symbol.Pol.20.§.1.* liberum istis non erit, ab antecessoribus in hunc publicæ salutis finem gesta, & contracta fœdera destruere, ac ut ait Pontifex *in c.3.pr. de Elect. in 6.* salubriter institutis detrahere. Eversores sic essent, non constructores sec.Gregor. *in c.4. C.25.q.2.* ac graviter peccarent negligendo Bonum publicum Dn.Fritsch. *de Pecc.Princip.concl.1.* in quo quærendo unicum optimi Principis munus censet *Cyrus.* Erasm. Apopht.*L.5. p.293.* quod adeò naturale est, ut in ipsa imperii susceptione inesse intelligatur, etiamsi nihil exprese dictum, benè monente Dn.Pufendorf *L.7.de J.N.& G.c.6.§.10.pr.p.964.*

Quin si CL.tali adjecta à contrahentibus forma, subjecti determinans habilitatem & successoribus tempus, ex quo obstricti sint & esse debeant, (prout factum in fœdere, quod illustrissimas inter Saxonum, Brandenburg. & Hassorum familias renovatum Naumburgi Anno seculi hujus 1410 in f. ibi. Und auf solches / daß diese unsere Erb-Einigung von unsern Erben ewiglich und unzerbrochen gehalten werde / setzen und wollen wir / daß hinfüro alle unsere Erben / so Sie 14. Jahr alt werden / diese unsere Erb-Einigung mit allem ihren Inhalt geloben und schweren sollen ap.Londorp. *V.1. Act. Publ. L.1. c.47.* & in jam alleg. Fœdere Polono-Brandenb. Art.21. *Hoc Fœdus perpetuum quotiescunq; novus Rex Poloniæ electus fuerit, aut Dux Prussiæ in Ducatu successerit, ab utraq; Parte renovabitur confirmabiturque juramento &c.*) voluntati Antecessorum non repugnare, uti juris est & æquum, sic adimplendo, quod fuit præscriptum, ex propria constanter hi ligati erunt promissione, præstitoque juramento. 37

Cœterùm si fœdus cum hac Cl. juramento fuerit roboratum, successor negligens contraveniendo an perjurus fiat, quærenti facilè quivis negabit quidem, ne tamen & suæ existimationi detrahat iste, & antecessorum lædat fidem, forsan timendum. Hoc constat, juramenti vim formalem ultra individuum non operari, nec inde tertium obligare sub metu perjurii largior. Ob quod Vasallus jurans pro se & successoribus, non relevat eos juramento in casu renovandæ investituræ Struv. *J.Fe.10. A.5.n.2.* Schrader. *Tr. F.P.6.c.1.n.4.* 38 39 40

 & c.4.

& c.4.n.6. Rosenth. *Syn.F.c.6. concl.35. n. 1. 2.* qui lit. A. communem hanc ait sententiam. Carpz. *P. 2. J. For. C.45. D.28. n. 1.2.* Covarr. *c. P.1.*
41 *§.5.n.14.* Jac. de Graffiis *App. Dec. aur. L.3.c.7.n.29.* & Heres defuncti obligationem nullam aut injustam juramento firmatam etiam non petitâ relaxatione impunè infringit Carpz. *P.2. C.36. D.7.* H. Pistoris. *l.4. Qu. Jur.7.n.14.* Myler. *de Stat.Imp. c.44.n.10.* Gail.1.O.27.
42 nec ille privatur Emphyteusi ratione perjurii, non solvens canonem singulis annis, sicut obstrinxerat se JJurando defunctus Mantica *de T.& A.C. l.22. T.26.n.3.-7.* qui hinc non expectato legali tempore expelli potuisset, ut probat *Id. c.l.* Everh. *L.L. à vi Juram.130.n.45.*
43 Nec Cives Statuta majorum, juramento quamvis pro se & successoribus firmata, non implentes perjuri fiunt: Amesius *lib. 4. Cas. consc. c. 22. q.10.n.32.* De Graffiis *Decis. aur. Cas. Consc. P.2. L. 2. c.7. n.30.* cum jus spirituale non transeat de anima in animam: hanc autem sine voluntate ligare tam ineptum, quàm iniquum est, & impossibile. Consultissimus Dn. Mollenbec *JCtus & Facultatis Jur. p. t. Decanus spectabilis Divis. Jur. 1. n.41. Cent. 2.* Gail. *d. O. n. 3.* & ita decisum ap. Mev. cum in consortis inscii animam jurare consors man-
44 datum dedisset *P.5. Dec.390.* Quoad firmitatem tamen & observantiam ipsius promissionis, fœderis ac contractûs jurati, successori antecessoris juramentum negligere haud erit liberum. Gail. *&* Carpz. *all. ll.* Farin. *Tr. Crim. L.1. q.8. n. 141.* Everh. *L.130. n.16.* Cacheran. *Decis. Pedem.41. n.15.* benè de Graffiis *P.1. Decis. L.2. c.18. n.6.7.8. & all. n.30.* Schrader *Tr. F.* P.10. *S.3. n.53.59.60.61.* Quo sensu *Grot.* potest juramenti obligatio personam tantùm stringere, & ipsa promissio
45 obligare heredem. *L.2.c.16.§.16. n.4.* Ex eo enim quod juramentum actui extensionis respectu adhæret, & sequitur naturam contractus transmissibilis, reale potius est, & obstringit ratione rei, quæ causam isti dedit propriam, per vim contractûs, cujus entitas efficaciam juramenti statim nacta, ad successorem quamvis in dignitate solùm transit, nec enim antecessoris facta impugnare, ut demonstratum, valet, nec ex sua persona robur contractûs metiri *arg. l. 83. §.5.*
46 *& l.137. §.6. de V.O. fa. huc l.37. §.5. de leg.3.* Ex quo id etiam sequitur, nec omissam successorum, nec nominis proprii factam solùm in juramento mentionem obstare, quominus illius effectus cum re transeat ad hos, qui successores Dignitatis, actum ejus intuitu (quod nunquam non præsumimus) custodire omninò tenentur, ut istam tueantur. v. Covarruv. *d.§.5.n.9.10.* Id. *de Testam. c.* 15. *n.* 2.4. De Graffiis, *cit.c.7. n.39. Quando juramentum* [subjungit] *præstatur à Dignitate*

digni-

dignitati, tunc tam ex parte jurantis, quàm ex parte ejus, cui juratur, transit ad successores, horum non factâ quamvis mentione. Septem Saulis sanguinarii filiorum à Gibeonitis facta suspensio clarè testatur, &c, ultra jurantes juramenti obstringere obligationem. Estius *ad 2. Sam.* 21. ℣. 1. *v.* Polum. *Syn. Crit. ad h. v. 1. & seq. 6. & ad Exod.* 10. ℣. 5. Nam pœna sequitur culpam, *l. 22. C. de Pœn.* nec ibi coërcitio ubi nullum delictum. In legem non committit, qui eâ solutus, *l. 5. C. de LL.* nec obligatur ad pœnam contractûs, ex cujus arbitrio pendet ejus esse. In juramento Patrum suorum Israëlitas migrantes de non relinquendis in Ægypto Josephi ossibus fuisse obligatos ajunt Polus & Lyra *ad Ex.* 13. ℣. 19. 47

Ad fœderis itaque hujusmodi immotam fidem tenebitur successor, seu confirmati jurejurando solenni, seu non. Hoc quippe non ut istius substantia sec. *Bodinum*, negantem ex eo fœdera ad successores transire, quia juramenti vis personam non exeat; quem notat Grot. *c. n. 4. & 5.* majoris tantùm religionis causâ additur promissioni in se sat efficaci ad obligandum heredem, necessariò adeoque non requiritur. Boxhorn *f. all. Diss. 4. §. 3.* Gudelin. *de J. Pac. c.* 12. *p.* 68. quam quidem velle videntur necessitatem Ehrenb. *L. 1, c. 2. p.* 174. *L. 2. p.* 10. *& 82. pr.* Fesch. *th.* 15. *de Fœd. lit. B. pr.* Carpz. *de Pact. Confrat. c. 2. th.* 28. *n.* 103. probare tamen non possum, nisi plurimis fœderibus, absque juramento contractis hodiè & contrahere solitis, velim simul demere firmitatem. 48



CAP. XIII.

De variis Gentium RITIBUS circa pangenda Fœdera, hodieque recepto more conficiendi desuper INSTRUMENTA, SUBSCRIBENDI hæc & SUBSIGNANDI; nonnunquam JURAMENTO firmandi, GUARANTIA & CONNUBIIS.

Contractus ut pœnitentes restringant, formâ ne careant necesse est, quam Lex & usus requirunt, vel partibus adesse placuit. Regulariter hæc est univoca omnium seu B. Fidei seu S. Juris, omnibus- 1

que qui obligari se patiuntur principalis, ut utriusque consensu qui constant contractus, eodem à partibus perficiantur, nec aliter quod actum velint. *l.9.ff.l.2. C. de contr. Emt.l.52.ff. Loc.l.31.l.55.l.57.de O.& A.l.137.§.1. de V.O.* Mutuus hic consensus ne extra leges vagetur, neve cum pietate pugnet, æquo ac licito, fas est: ne verò legaliter solùm determinatus, aut nudum propositum jus contra invitum acquirat re integrâ, vel huic perfectâ jam, quam addere placuit, formâ, & consensu solenniter debitoque modo declarato, injustè opituletur pœnitentia, juris vult sanctio in *l.17. C. de Fid. Instr. l.12. C. de R. V. l.3. l.6. C. de Resc. V.* Nam ut contractus naturâ sui irrevocabiles sunt, *l.17. §.3.ff. Commod. l.5. C. de O.& A.* sic obligatio non est non existente contractûs formâ, juxta quam, vel ab homine traditam vel à jure, regulatur ista & modificatur Gail. 2. *O.24.n.6.* Fœderum ictorum forma communis, genuina ac adæquata, non potest non esse consensus, quem, ad mutuò sibi datam fidem eò fortioribus adstringendam vinculis, variis olim solennitatibus symbolisque variæ gentes dare ac firmare solebant. Veterum apud *Hebræos* & *Chaldæorum* mos hîc fuit, occidere animalia; post inter divisas æqualiter èque regione compositas partes transire, significantium eo, fœdifragos ejusmodi se morte dignos esse. Polus *Syn. Crit. ad Gen. 15. ℣. 10. n.50. ad Jer.34. v.19.n.1.* Ravanellus *Biblioth. Sacra verb. Fœdus n.3. dist.1.* Lyra & Aloys. Lippoman. *in sua Catena ad d.v.10.p.m.413.* sic observatum quadantenus in fœdere Abrahami cum DEO *d.c.15.* sic Molossi boves in frusta secabant narrante Grotio *ad h.c.15.v.17.* Bocharto *in Hieroz. P.1. l.2.c.33.p.326.n.40.* & idem in sanciendo fœdere tam ap. Græcos, quàm Trojanos jam inde ab Heroum ævo obtinuisse, ex aliis refert Id. Boch. *c.l.p.325.* *Romanis* præter lapidis projectionem & usus fuit feriendi solenniter porcam, hancque immolandi, teste Al. ab Alex. *L.5. Gen. Dier. c.3.p m.252.& c.10.* Rhodigino *Lect. Antiqu. l.21.c.15.* hinc Virgilius

Et cæsâ jungebant fœdera porcâ. *l.8. Æn. sub f.*

Sic Claudius Cæsar cum Regibus fœdus in foro icit, porcâ cæsâ, adhibitâque veteri Fecialium præfatione Suet. *in Claud c.25.* eundem ritum *Meleander* & *Lycogenes* fœdus pangentes observant ap. Barcl. *L.1. Argen. c.17.* Non infrequens, ut *cap. prac.* dictum, usus fuit Salis; uti nec Panis. In icti cum Gabeonitis fœderis signum Israëliticos Principes de acceptis cibariis quid comedisse, notat Lyra *ad Jos. 9. vers.14.* Sic Jacobi fœdus cum Laban, Abimelechi cum Isaac conviviis fuit firmatum *Gen.31. vers.20.& 26.v.30.* uti muneribus fœdus Abra-

Abrahami cum Abimelech; Davidis cum Jonathan. *Gen.* 21. *v.* 27-29. 1. *Sam.* 18. *verf.* 3. 4. Nonnunquam annulus dimidiatus pro symbolo hîc erat. *Radirobanes* hanc fœderis tesseram, ut conferret, ut fœdus agnosceret olim pactum, *Meleandro* mittit ap. Barcl. *Arg.* l. 2. c. 13. *f.* 6
Chilenses fœdus ambientes mittunt sagittam ligamine cinctam, quæ dextrâ manu accepta, alioque superaddito remissa firmiter contracti censetur σύμβολον. narrat Erasm. Francisci im Ost- West-Indischen und Sinesischen Lust- und Staats-Garten. *P.* 3. *p.* 1686. *pr.* Manuum 7 8
implicatione, uti evidens hæc est signum perfecti consensus & pactionis perfectæ, *arg. c.* 1. *f. de sponsa duor.* H. Pistoris *L.* 3. *Qu. Jur.* 27. *n.* 4. sic fœdera firmare moris etiam fuit, quomodo inter Arcadem & Æneam fœdus contractum Virg. 8. *Æn. vers.* 50. 69.

Accipe daque fidem, (*respondet alter*) juncta est mihi fœdere dextra.

Usu seculi dextra non nisi oculata, proh dolor! fidei signum inter 9
Christianos, deteriores in eo sanè plurimis Ethnicorum, qui in cujusvis boni dextra firmam consistere fidem judicabant & inviolatam. *v.* Al. ab Alex. *L.* 5. *Gen. Dier. c.* 3. Hinc Virg. *l* 3. *Æn. sub f.*

Ipse pater dextram Anchises, haud multa moratus,
Dat juveni, atque animum præsenti pignore firmat.

Latinus ap. Eund. *L.* 7. *Æn. v.* 270.

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse Tyranni.

Ovidius *L.* 6. *Metamorph.* *v.* 506. 507.

Utque fide pignus dextras utriusque poposcit;
Inter seque datas junxit.

Et Numa Pompilius fidem dextrâ promissam, sacrosanctam volebat & inviolabilem. Al. ab Alex. *G. D. l.* 2. *c.* 19. Plura de aliis variisque veterum ritibus circa pangenda fœdera recensent Id. *all. c.* 3. *per tot.* B. Dn. LeBleu *Diss. Pol. de Fœd.* §. 5. - 11. Ehrenb. *L.* 2. *c.* 1 *p.* 70. 71. Fesch. *de Fœd. th.* 14. Knichen. *Op. Pol. L.* 2. *S.* 2. *c.* 10. *th.* 5. *Expl.* 1. & qui ab iis laudantur Auctores.

Hodiè si quæ accedunt pactis fœderibus firmandis solennia, com- 10
muniter sunt Scriptura, Subscriptio se jungentium & Subsignatio, aliquando Juramentum; rarò Obsides dantur.

Quod obligemur ex consensu, juri est consonum: quod non 11
nisi absolutâ scripturâ valeat actum, ex convenientium provisione oritur. In Fœderibus itaque non minus quàm cæteris pactis, si jus sequimur, consensus paciscentium mutuus, qui per conditionum initarum formulam declaratur, obligat adæquatè & formaliter. *arg. L.* 9. *l.* 10.

*N.*10.*l.*17. *C.l.*4.*ff. de fid. Instr.l.*4. *ff. de Pign. l.*38. *de O, & A. l.*17. *C. de Pact. l.*5. *C. de Transact. N.* 73. *c.*8. si aliter Partibus placuit, conventionem pro lege servamus *l.*1. §. *6. Depos. N.*136. *c.* 1. *f.* ut in Induciis Romanorum cum Nabide. *Ex qua die scriptæ conditiones pacis editæ Nabidi forent.* Liv. 34 *c.*35. in Fœdere Dano-Belgico Anno 1648. renovato Art. 15. Dise Defensions-Verbündniß soll den Anfang nehmen auff den Tag der Unterschreibung dises/und dauren ꝛc. *Vol.* 6. *vel* 7. *Cont. Act.* Londorpii. *l.* 4. *C.* 12. & in Fœdere quod cum Gallis Angli percusserunt A. 1657. Art. 26. Endlich ist verabredet und beschlossen/ daß alle vorgehende Articul sorgfältig secretirt --- jedoch mit disem Verstand/daß selbige/ehe und bevor sie utrinque ratificirt, beschworen und unterschrieben/ Kraftloß und unqültig seyn sollen. *Vol.* 8. *Act. Publ. l.*8. *c.*47. Contrarium cautum in Fœdere Sueco-Anglico An. 1654. Art. 17. *Hæc, in quæ superioribus Articulis consensimus, obtinebunt confestim ab hoc eod. temporis momento omnimodū vigorem ac sincerè ab utraq; parte observabuntur. Quò autem imposterū eò magis stabilia ac firma sint, maneantq; - manuum subscriptionibus subscribentur, signabuntur, ac rata habebuntur. V.* 7. *Act. Publ. l.* 7. *c.*58. quod iisdem verbis repetitum in Fœdere, ab utriusque Regni Regibus Anno 1661. M. Octob. percusso Art. 17. *V.8. Act. P. l.9. c.124.* Et Fœdere Polono-Danico A. 1657. Art. 11. *Tractatus hic intra tres menses approbabitur, confirmabitur & permutabitur - interea tamen temporis fideliter ex omni*

Q. 12. *parte observabitur. cit. l. 8. c. 74.* Quid ergò si conventum, ut literis consignentur fœderis capita? Contractus ad sui substantiam regulariter scripturâ haud indigent. Goth. *ad l.17. n.15. C. de Pact.* Mager *de Advoc. arm. c.14. n.4.5.* post alios Merckelb. *ap.* Klock. *V. 2. Consf. 16. n.*118. Tabor. *in Barbos. Locupl. L. 17. c. 13. Ax. 4.* Hanc proin credendum accedere, ut monumentum contractûs, majoris fidei & probationis ejus causâ, non ut substantiæ partem. *arg. LL. praall.* prout de venditione, Transactione & quovis contractu sentiunt Cothman. *V 2. Resp. 89. n. 21. R. 95. n. 6. - 9.* Jac. Cancer. *Var. Resol. Jur. P. 1. c. 13. n.* 10. 11. Hect. Capyc. Latro *Sel. Consult. Jur.* 11. *n.* 1. - 6. Grot. *de I. B. & P. l. 2. c.* 16. §. 30. Mantica *de T. & A. Conv. l.* 1. *T.*10. *n. 6. 7. 8 9. & seqq.* Mascard. *de Prob. V.* 1. *Concl. 435. n. 8.* - 12. Vasquius *l. 1. Illustr. Controv. c. 28. n. 23. & P. 2. c. 16. n. 7.* Faber. *l. 4. Cod T.* 15. *Def. 23. n. 2. 9. & T.* 16. *Def.* 14. Mev. *P. 8. Dec. 342.* H. Pistoris. *L. 3. Qu. Iur. 27. n.* 13. 22. 24. 40. Carpz. *l. For. P. 2 C. 33. Def* 12 13. Vinn. *in Comm. ad* §. *pr. de Emt. n.* 10. 11. quorum quidam tamen distinguunt circa tempus ejusmodi conventionis, quod displicet Brunn. *ad d. l.* 17. *n.* 1.

4.*C.de Fid.Instr.* v.Menoch.*l.3.Præf.148.* ubi eleganter exponit,contractus an & quando præsumatur perfectus,si contrahentes de eo volunt instrumentum conscribi à Notario.) Cum enim parum sit in hominum memoria juxta *l.44.de A. P.l.29.vers.sed ne C.de testam.*& illud Senecæ *Necesse est,quantum recipit,emittat,& antiquissima recentissimis obruat.l.7.de Benef.c.28.* si eam non vetat consenescere scriptura, non adeò incomodè cum omnibus actum esset fœderum pactis, quorum capita sæpius multa, ob infirmitatem memoriæ ex debito non,imò à posteris ob horum ignorantiam minimè observari possent, certè ob fraudem hominum perfidiamque pro commodo eluderentur fœdera hæc nuncupativa,quod tamen scriptura præcavebit, velut semper loquens *arg. c.6.x.de celebr.Miss.l.Inter claras 8.pr.verb.scriptura loquuntur C.de S.Tr.l.9.§.2.de ed.* Tabor *d.c.Ax,3.*Gail.*2.O.104.n.3.*Mager *de Advoc.c.18.n.175.v.*Eund.*all.c.14.n.6-19.*& ut ait *Valesius* quasi verba missilia & permanentia,quibus cum absentibus, atque adeò cum posteritate loqui contingit *c.3.Phil.Sacr.p.m.60.* Hinc Maximil. In Ordnung der Notarien zu Cölln. A.1512.pr. Die Handlung und Willen der Menschen / damit sie nicht in vergessen gesetzt / durch Mittel der Schrifft in ewiger Gedächtniß behalten. Et veteres fœdera 13
scripsisse ac subsignasse colligitur ex *Nehem.9. v.38.* Apud Romanos fœdera actaq; publica in linteis mappis, lamina plumbea,vel ære exarata fuisse referunt Mager. *d. c. 14.n.7.* Al.ab Alex. *Gen. Dier. l.2. c.30.* sic LL. XII. Tab. in æs incisas notat Liv.*l.3.c.57.inf.* ap. *Eund.* legimus *L.2.c.33.* fœdus ictum cum Latinis æneâ columnâ insculptum fuisse. Refert Al.ab Alex. *l.5.G. D.c.3.p.m.252.* fœdera cum exteris in templo Capitolini Jovis columnâ aut æneis tabulis insculpta,ut perpetua monumenta extarent (*fa.hnc 1.Macc.c.8.& 14.*)nonnunquam in fastos & annales à Romanis fuisse relata ; aut in æde Jovis Piscii in clypeo ligneo, inducto corio bovis immolati scripta : quod idem descripto in ejusmodi clypeis fœdere Gabiorum cum Tarquinio probat *l. 6.c. 11. pr.* Moribus hodiernis , num in 14
charta vel membrana fœdera scribantur, perinde quidem esse videtur ; quâ tamen linguâ , maximè attenditur , siquidem quælibet Gens suam vult aliis prælatam, quod docent acta nuperi conventûs Francofurtensis. Ad Imperii propagandam Majestatem & Reip. auctoritatem esse, in Actis publicis non alio, quàm proprio uti idiomate , censent Bruning *de var.Universit. Spec. concl.7. in V.4. Dispp.Bas.*Clapmarius *de Arcan.Imp.l.4.c.22.pr.*& Politici communiter teste Dn.Fritsch.*in Add.ad* Limn.*l.1.c.6.n.37.* Hanc ob rationem 15

non

non permittendum ait *Faber* ut alio quam Gallico i. e. peregrino idiomate publica instrumenta conficiantur in Sabaudia. *L.4. Cod. T. 16 def 13* quod in Imperio nostro clarè cautum Ordnung der Notarien zu Cölln / de A.1512.§.19 f. Electos Imperatores ob hoc arbitror promittere, in Scriptis & Actis Imperii, ut & Judicio Imperiali Aulico (de quo & peculiaris extat provisio in der Anno 1654. verneuerten per Art. 1.Cap. Leop. approbirten Reichs-Hoff-Raths-Ordnung Tit. 3. §. ferner 5. Germanicâ solùm & Latinâ linguâ se usuros *v. Cap. Leop. A.43. Car. V. A.14.* Hujus usus quousque in publicis se extendat, exponit Limn. *ad c. A.14. verb.* oder Lateinisch *à n. 16.* Nec Turca vi præstiti juramenti aliam quàm Turcicam adhibet linguam Limn. *c. l. verb.* in Schrifften *n.1.9.* Clapm. *d c. p.212.* secus promissis stare liberum semper relinquunt ejus LL. ut notat ex Bembi *Hist. Ven.* Limn. *l.9. J. P. c.1. n.198.* Fesch *de Fæd th.15. lit. G.*

16 Scriptura, ni hanc sequatur subscriptio aut subsigillatio, ad fidem non proficit, de quo testantur mores: An juri convenienter, Q. quæritur. In privatorum instrumentis utramque esse de solennitate formali ait Wesenb. *ad ff. t. de Fide Instr. n 5. fa. huc l.17. C. eod. l.11. C. qui pot in pign.* Ad publica autẽ hæc de privatis disposita trahere no-
17 lunt Dd. teste Eod. & Hahnio *in Not. c. l.* Principis certè præsentia & authoritas omnem supplet & vincit tam solennitatem quàm probationem. *l.19. ubi* Goth. *n.44. C de Testam. arg. c.28 x. de Testib.* Myler. *de Pr. & St. Imp. c.28. §.2.* Nec est congruum ejus fidei, disputare de apicibus juris *l.29. §.4. ff. Mand.* qui alias summæ habetur fidei & legalitatis. *arg. d. l.19. l.26. C. de Donant. V. & V.* Reink. *de R. S. & E. l.1. cl 1 c.5. n.58.* benè Myler *in Nomol. c.1.* Hinc tam proprium testamentum subsistit, omissis licet Juris solennibus, ut probare nititur Id. *de St. J. c.26.* quamvis dissent. Dn. Fritsch *in Add. ad Limn. l.4. c.8. n.78.* Reink. 1 5.6 *n.161.* v. B. Dn. Schütz. *V.1. J. P. Ex. 8. th. 19. lit. D.* Limn. *d. c.8. n.77.78.* Mev. *ad Jus Lub. P.2. T.1. Art.2. n.63-69.* quàm ab alio oblatum. Id. *n.70. & seqq.* Myl. *c.28.* Carpz. *Decis.293. n.3.* Meier. *C. J. Arg. T. qui test. fa §.10.* Eckholt. *§.3. ff. eod.* Et scripturis ex Archivo desumptis, tanquam publico testimonio plenissimè creditur, absque ulla alia probatione extrinseca, subscriptione vel sigilli recognitione; etiamsi non sint manu Notarii confectæ, & destitutæ solennitate, nec indictionem, annum, diem vel consulem habeant. Ruland. *Tr. de Commiss. P.2. l.5 c.8. n.1. ubi stylo Cameræ hoc congruum testatur.* Cacheran. *Dec. Ped. 69. n.5.6* Klock *V.1. Conf. 8. n.2.* Mascard. *V.1. de Prob. Concl. 111. n. 9.10. V. 2. C.712. n.61* Goth. *ad l. 9. §.6. n.11. ff. de Pæn. & ad N. 49. c.2 n.27* post alios Knipschild

ſchild *de Jur. Civ. l.* 2. *c.*12*n.* 16.-20. Myler.*de St.J.c.* 47.*n.* 3.5 per *c. pervenit.*1. *C.*30.*q.*1.*c* 13.*x.de Præſcr.l.*6. *de Re jud. Auth.* Ad hæc *C.de Fide Inſtr.* & *all. N.*40.§.2.fa.huc *l.*7.*C de Fide Inſtr.verb.*Inſtrumenta, &c, ſi *aliis* evidentibus. (Partic.verò *alia* eſt repetitiva ſimilium & repræſentativa ejusdem qualitatis. Reink. 1.4.15.*n.*58. Menoch. *de Arb.Jud.l.*1.*Qu.*80.*n.*164.Schrad.*Tr.F.P.*7.*c.* 1.*n.*36.) Hujus autem 18
ſubſcriptionis aut ſigillationis vis licet non major quàm ipſius ſit ſcripturæ; v. Theod. Höping. *Tr.de J.Sigill.c.*15.*n.* 135. & *ſeqq.* nec in inſtrumentis ſigillum regulariter ut actûs ſubſtantiale, ſed probationis melioris causâ adhibeatur Id.*c.*11.*n.* 1-4.Menoch. *de Arb. Jud. l.*2.*Caſ.*113.*n.*13.14. eo tamen, ut dixi, jure vivimus, ut illarum neutrâ exiſtente, ſcripturæ ſimiles omni careant effectu. Communiter ob hoc additur *in fidem horum omnium roburq; majus* &c. ut in Fœdere Gallo-Suecico Holmiæ Anno 1672.inito,aliisq;, quorum in Diſcurſu mentionem facimus Hinc dum ſigillum idem operatur 19
quod ſubſcriptio,eandemque imò majorem hâc vim habet, eo legitimè appoſito conſenſus perfectio & veritas ipſius actus eſt & videtur probata.Schrader*Tr.F.P.*10 *præamb.n.*14 Klock.*V.*2. *Conſ.*40.*n.*112.-114.*Conſ.*41.*n.*356-359.Merck.*ap.*Eund.*V.*1. *Conſ.*37.*n.*231. Berlich. *P.*1.*Concl.pp.*14.*n.*74.*Concl.*36.*n.*35.Carpz.*Dec* 27.*n.*2.3 & *in Jpr.For. P.*1.*C.*17.*Def.*21.Goth.*ad l.*20.§.1 *n.*89.*de Teſt.mil.ad l.*126.§.2.*n.*21.*de V.O.ad l.*2.*n.*44.*C de Reb.al.* & *ad Lib. de Pace Conſt.pr.n* 5. Cothm. *V.*1.*Reſp.*28.*n.*131-134. Mev. *P.* 5. *Dec.* 411.benè Höping *de J.ſigill. c.*15.*n.*138.& *ſeqq.* Mager.*de Adv. c.*14.*n.*47-58.80-85 Menoch. *l.*2. *de A.Jud.caſ.*113.*n.*10.11.Id. *de Præſumt.l.*2.*Præſ.* 57.*n.* 6.23.& *ſeqq* & *Præſ.*58. *per tot.* Tabor *l.*37.*Barb.locupl.c.*27.*Ax.*1. Ruland. *P.* 2. *de Commiſſ.l.*5.*c.*30.*n.*3.4.Maſcard. *de Prob. V.* 1.*Concl.* 285. *n.*7.*V.*2. *C.*492.*n.*1.2.*V.*4.*C.* 1301.*n.*26.quod latè explicat *ſeq. C.*1309.*per tot.* Quamvis tutius ſit,arg. eorum quæ tradunt Dd.all.,ad excludendum anſam controvertendi, addere ſubſcriptionem : juxta quod intelligendum cenſeo *Fabrum*, generaliter ſtatuentem, ſigillum ſine nominis ſubſcriptione nullam facere fidem. *L.* 4. *Cod. T.* 14. *def.* 10.

Subſcribens deinde vel ſigillans quanquā totam cenſeatur ſcri- 20
bere & approbare ſcripturā *arg.l.*6 §.1 *de Edend.l.*8. §.15.*q.m.p.ſolv. l.*9.§.3 *de J.dot.*Leeuvven.*ad pr.J de Emt.V.n.*6.Cothm.*V.*4 *Reſp.*39. *n.*16.Men.*c.l.*2.*caſ.*94.*n.*14.Jac.Cancerius *P.*1.*Var.Reſol.Jur.c.*21.*n.*2. Kirchner *de Off.* & *dign. Cancell.l.*4.*c.*3.*n.*3.H.Piſtoris *Obſ.*173.*n.*43-45. Cacheran.*Deciſ.Ped.*37.*n.*3. *quib.ſent.poſt alios communem ait* & *conſuetudine receptam.* V. Höping.*all.c.* 15. *n.*165-205.Mager. *d.c.*

 14.*n.*69.

14.n.69-79. Menoch. *l.*3. *Præf.*66. Masc. *Concl.*1348. *n.* 2.3.4.5. *& seqq.* *ubi doctè hoc declarant.* nisi tamen modus in utroque casu, & forma servetur debita, scriptura adhuc censetur imperfecta, prout de Recessuum subscriptione & sigillatione testatur Otto *I. Publ. c.*13. *p.m.* 493. [Sic Rescripta Principis juxta formam receptam & consuetum stylum non exarata, habentur pro falsis Mascard. *V.* 3. *Concl.* 1276.*n.*3-7.] Varia etenim est Regibus signandi forma, nec proprio semper, sed Majestatis quandoque utuntur nomine, uti Rex Hispaniæ in rescriptis ad Vasallos & subditos subscribere solet *Io el Rey*: ex Baudio *de Induc. Belg.l.*2. Limn. *l.*9. *J.P.c.*1.*n.*201. Fesch.*c.th.*15.*lit. G.* qualis subscriptio in fœderum pactionibus absque dubio non admitteretur, sicut & reverâ admittere noluerunt Batavi in induciis cum Rege eod. *Baud.* teste.

21 Et quo ordine subscribatur ac sigilletur, præcisè solet observari, siquidem ex hoc dignitatis sumitur prærogativa Klock. *V.* 3. *Consf.*145.*n.* 5-7. Limn. *l.* 4. *I. P. c.* 9. *n.* 96. cujus assertores rigidissimi solent esse Magnates. Honor enim omnibus meritò præferendus, *arg. l.* 26. *pr. ff. si quis om. c. test. l.*11. §. 3. *ad L. J. de adult.* & in ejus integritate Illustrium interesse summum consistit maximumque. v. Myler. *de Pr. & St. I. c.*13. Limn. *d.c.*9. *à pr. usq. n.* 33. *& in Addit.* Chassanæ. *Catal. Glor. Mundi P.* 1. *Consid.* 2. Ad fidem horum faciunt, quæ matrimonio inter Ludovicum & Annam Hispanam, Philippum & Elisabetham Galliarum inito, in Pactis observata refert Gramond. *Postquam lecta conventiones Castellanâ linguâ conscripta, Gallica obsignantur, Castellana postmodum: eo modo lectionis prærogativa Castellana lingua, obsignationis permissa Gallica, pen-*
22 *satusq; Regibus velut staterâ honor. L.*1. *Hist. ad Ann.* 1611. *p.*28. Loci tamen exceptio, quod sc. major in dignitate cedat minori in ejus domo Myl. *n.*17. *&* Limn. *n.* 45. *all. cap.* Van der Graef. *de Regal. c.* 68. *n.*24. [quod in fine addit, hoc ceu contra hospitii & civilitatis Jura aliter vulgò observari, quod & statuit Beccer *J.P.l.*4.*c.*2.*n.*5.*p.m.*323. Illustres non tangere ait Gastelius *de St. P. Eur. nov. c.* 40. *n.* 36.] an non & hîc detur, si fœdera in territorio minoris panguntur, dubitare licet ex iis, quæ ex DuPlaix recenset Limn. *T.* 4. *Add. ad l.* 4 *c.* 9. *n.*95 *p.*657. *Apres que les articles du Traité d'Alliance, entre Henry IV. & La Reine d'Angleterre furent redigés par escrit, & mis au net, il y survint encore un debat entre nos Ambassadeurs, & les Deputés Anglois, à cause, que ceu-cy les representerent signés d'eux en la place la plus honorable; dont les autres demeurerent offensés, soustenans, que la prerogative de la Couronne Françoise sur celle d' Angleterre n' avoit*

jamais

jamais esté revoquée en doute. Les Anglois sans toucher cette question, faisoient voir par des anciens actes, que lorsque les Traités d'entre les François & les Anglois se passoient en Angleterre, les Anglois les souscrivoient les premiers, comme ne cedant à nul autre dans leur état; & s'obstinerent si fort à cela, que nos Ambassadeurs les souscrivirent apres eux, faisans leur conte, que puisque ce Traité devoit etre ratifié par le Roy, ils ne pourroient rien faire de prejudiciable à la dignité de la Majesté Tres-chretienne.

Quo sigillo tandem quis utatur, non videtur negligendum. 23
Nam publica negotia ob rerum gravitatem maximum requirunt sigillum, non minus. Höping. *c. 4. de J. Sigill. §. 6. n. 125. 128. 129.* Hinc ordines unitarum Belgii provinc. noluerunt admittere literas Regias inducias approbantes, quod minori sigillo fuissent signatæ ex *Baud.* Fes. h. *l.c.* Et sæpius cautum legimus, pacem aut fœdus ictum per patentes utriusque partis literas, *sigillo magno* munitas, debitâ & authenticâ formâ confirmare, ratihabere, den Frieden oder die Alliantz durch beyderseits öffentliche Briefe/ mit dem grossem Siegel versehen/ in behöriaer und beglaubter Form zubefestigen / ratificiren. Factum hoc in Tract. Pacis Anglo-Belgicæ. An.1654. Art.33. *Vol.7. vel Contin.3. Act. Publ.* Lond. *l.7. c.57.* Anglo-Portugallicæ ejusd. Anni M. Jul. Art. 28. *c. l.7. c. 81.* it. in Pace inter Portugallos & Batavos. A.1661. M. Aug. Art. 26. *V. 8. Act. P. L.9. c.103.* inter hos ac Episcopum Monasteriensem A.1666. M. Apr. Art. 15. *P.15. Diar. Europ. p.260-266.* & inter Angliæ Regem ac Batavos Bredæ A. 1667. M. Jul. initâ. Art. 38. *cit. P.15. Append.3.* Idem provisum in secuto inter hos fœdere A.1668. M. Jan. Art. 5. *P. 16. Diar. Eur. App. p. 217-220. & P. 19. Diar. p. 102-105.* quod repetitum, postquàm Srmus Sueciæ Rex huic Fœderi accesserat M. Majo ejusd. Anni, juxta instrum. Art. 6. ibi. dise Triple-Allianz / mit den grossen Siegeln versehen 2c. extat in all. *P. 19. p. 329-334.* & in Fœdere, quod percusserunt Angli cum Danis A.1654. M. Sept. Art. 17. & A. 1661. Art. 25. cum Srmo Electore Brandenb. eod. anno. Art. 24. cum Gallis A.1655. M Nov. Art. 28. *cit. l.7. Act. P. c. 85. c. 186. & l.9. c. 125. 126.* Fœdus 24
itaq; si minori sigillo sit signatum, non parvam falsi gignet suspicionem, cum integra sigillo fides aliter non sit, nisi sit solitum, ad illa negotia destinatum & suum usum accommodatum, de quo docent Menoch. *d. cas. 113. n. 7.* Ruland. *n. 12. all c. 30.* Mascard. *concl. 1309. n. 53. latè* cum limit. Höping. *cit. c. 4. §. 8. n. 140. 141. & c. 9. n. 10-31.* fa. huc *c. 48. n. de Appell.* Et hoc adeò verum esse probatur, ut licet Principum velut publicarum personarum sigilla absque subscriptione plenam

fidem faciant, quod ajunt Menoch. *l.2.Praes.57.n.13.* Berl. *P.1.consil.14.n.83.* Limn. *l.9.J.P.c.1.n.208.* Klock. *V.2.Cons.41.n.73-75.126-128.* ubi ex aliis generalem hanc ait consuetudinem, quam & attestatur Magerus *c.14.de Advoc.n.88.* Knipschild. *de Iur. & Pr.Civ.l.2..c.13 n.15. v.* Höping *d.c.4.n.58.59. c.11.n.14.81-88. & mult.seqq.* Kirchner. *all.c.3.n.34.47.48.* ubi asserit, ante tempora Caroli V. Principum ferè literas & diplomata duntaxat sigillis, omissâ subscriptione, confirmata prodiisse, quæ pro Authenticis fuisse habita, non dubitandum: quod & notatur in *Cons. Argent.2.n.75.Vol.1.*]ob adhibitum tamen minus sigillum necessaria adhuc erit subscriptio Men. *d l.n.21.22.* qui his in rebus ad Gentium mores respiciendum rectè monet, quod & Legato inculcat Kirchner *de J. Legat.l.2.c.8.n.100.& seqq.* ex eo Höping *in sæpè laud. Tract.c.15.n.90.*

25 Sequitur Juramentum, quo fœdera firmare & veterum mos fuit v. Al. ab Alex. *supra all.l.5.c.10.*[Sic in fœdus inter Romanos ac Antiochum à Consule, à Rege juratum Liv. *l.38. c.30.fi.* de fœdere Æneæ cum Turno Virgil. *l.12. Æn. vers.205.*

Tango aras, mediosque ignes, & Numina testor:
Nulla dies pacem hanc Italis, nec Fœdera rumpet,
Quo res cunque cadent: nec me vis ulla volentem
Avertet.

Sic David pepigit fœdus cum Jonathan *1.Sam.18.vers.16.17.& 23. vers.18.* interpretantibus ita communiter Theologis. Polus *Syn. Crit. ad h.vers.* Ravanell. *Biblioth.sacrâ verb. Fœdus n.4.dist.2.* v.pl.exempla ap. Eund. *verb.Juram.n.5.*] & hodiè non plane abolitũ est, nec tamen

26 adeò solitum. Jurandi quidem mos, ut ex *Polyb.* notat *Grot.* ex eo maximè frequentatus est, ex quo labare cœpit dictorum fides *ad Matth.5.vers.37.* quæ dum hominum excrescente malitiâ & diffidentiâ simplici assertioni vix inesse creditur *c. 26.pr.x. de Jur. c. ita 5. C.22.q.1. Nam ex innata vitiositate omnis homo,* judice B. Dn. Geiero *ubi spes aliqua lucri, honoris aut commodi apparet, urgetve levicula necessitas aut metus, propensus est ad faciendum fucum, ad dandum promissa speciosa, celandamq; veritatem: in Comm.ad Psalm. 116. vers. 11.* certè eò magis necessarium videtur Jusjurandum, tanquam ultima omnium Gentium fides, teste ex Halicarn. Felden. *in Not. ad* Grot. *l.2. c.13.pr.p.38.* quò major hujus sanctitas est, & constantia requiritur. Nam fide, sanctissimo humani pectoris bono juxta Sen. *Ep.88.p.741.* stat, & hâc abrogatâ omnis humana tollitur societas, verissimo interprete App.Claud.Crasso ap.Liv. *L.6.c.41.fi,* Hæc est qs. mundi sal,

quâ

quâ sublatâ, quicquid est in hoc universo, corruat necesse est. van der Graef *de Regal.c.56.n.54.* quam hinc Romani Numinis loco coluere sacrato ei templo ædibus Jovis Opt.Max.proximo à Numa constructo Liv.*l.1.c.21.*Cic.*l.3.Off.c.29.*Al.ab Alex.*Gen.Dier.l. 2. c. 22.pr.& l.6. c.11.* Quibus hinc nec sanctius quid in negotiis tam publicis quàm privatis fide; Liv. *Fides publica privatis difficultatibus potior ad curam senatui fuit.l.7.c.27. Famæ & Fidei damna majora, quam quæ æstimari possent, ajunt* Consules ap.Eund.*l.3.c.72.* & passim testimonio Historici. Nec tamen fuit arctius ejus adstringendæ, quàm JJurandi vinculum. *Indicant*, inquit Cic. *LL. in XII. Tab. sacratæ, indicant Fœdera; quibus etiam cum hoste devincitur fides, indicant notiones & animadversiones censorum c.l.3.off.c.31.p.m.1252.* Hi enim de nulla re diligentius, quàm de Jurejurando judicabant, teste post *Cic.* Al. ab Alex. *l.3.Gen.D.c.13.p.m.145.* A tali fidei cultu & majorum prisca fide nostri 28
mores nimis longè deviant, in pejus sensim ruentes, juxta præsagium Horatii

> Ætas parentum pejor avis, tulit
> Nos nequiores, mox daturos
> Progeniem vitiosiorem.

L.3.Carm.Ode 6.f. In quos aptè quadrat quod ex Polyb. de Græcis refert Kirchner *all.l.4.c.3.n.83.* si vel 100. nummos aureos mutuò acciperent, actuariis 10., sigillis 20. opus fuisse, neque tamen propterea eos fidem colere potuisse. Imò quibus nec juramenti religione satis alteri ab altero videtur cautum. Jam olim de suis queritur temporibus Livius *Nondum*, inquit, *hæc, quæ nunc tenet seculum, negligentia Deûm venerat: nec interpretando sibi quisq; Jusjurandum & Leges aptas faciebat, sed suos potius mores ad ea accommodabat.l.3.Hist.c.20.* Verùm utut de fide Thessala, i.e. vana & flu- 27
xa (Thessalis enim fidem nullam, nullum Jusjurandum, nisi quantum expedit, & utilitatem semper sanctiorē fuisse refert Al. ab Alex. *G. D. l.5. c.10.f.*) privatorum quidam notari mereantur, quod generaliter affirmari de omnibus ineptum foret; certo certius est, dato inter privatam fortunam & regale culmen magno medio, ut *Imp.* loquitur in *l.3.C.de Quadr.præscr.* maximam Illustrium legalitatem esse, deque horum fide præclarè semper hinc sentiendum, fa.huc *l. un §.1.f.ff. de Off. præf. præt. l.3.pr.ff.& c.32.x.de Testib.* secundùm Isocratem. *Injurato potius Regi, quàm privatis omnibus juratis fides adhibenda.* referunt Picinell. *Mund symbol.l.3.c.129 n.361.* Chassanæ. *Catal. Glor. Mundi P. 5. consid. 4. p.338.* illud Alphonsi. *Tantum valere*

debet

debet ad fidem Principis verbum, quantum privatorum Jusjurandum. Myler. *Nomol.c.1.§.2.* Klock. *de Contrib.c.16.§.1.n.162.* & Archiepiscopi Coloniensis exemplum, qui Imperatorem Henricum juraturum compellans, *Verba*, inquit, *Cæsareæ Majestatis mihi pro juramento sunt* ap. Cranzium *L.6.Saxon.c.46.n.30.* quibus consonat, quod apud Hispanos in Proverbii consuetudinem cessit: *Palabra de Rey por un grand Sacramento.* Myler. *d.c.§.1.pr.* Nec enim credendum, hos, unde Jura nascuntur *l.6. C. unde vi.* quique jura tuentur *l. 35. C. de inoff. Test.* qui juris sunt religiosissimi *l.67.§.10. de Leg. 2.* qui tales præsumuntur, qualis est Legum candor, juris & rationis naturalis integritas *arg.l.43.pr.de V.& P. S.* Menoch. *l.2. Præs. 10. n.6-9.* Id. *de Arb. jud.l.1.Qu.52.n.6.* Salgado de Somoza *de Reg.Prot.P.1.c.2.§.1.n.37.* Gail. *2.O.76.n.11.* contra jura & in alterius injuriam mutare quod semel placuit, fallere fidem cujus sunt vindices *v.* Vasq. *P.1.Ill.controv.c.3.*
30 *& c.16.n.16.* Reink. *de R.S.& E. l.2.cl. 1.c.2. n. 2.& seqq.* Evidens ejusmodi integritatis Illustrium est testimonium, communi qs. consensu firmatum, quod horum promissio sub fide Principali vel dignitatis, bey Fürstl. Gräffl. Ehren- und Treuen in vim juramenti realiter præstiti accipiatur, ex consuetudine notoria, de qua testantur Mynf. *1.Obs.17.* ibique Illustris Dn. Fabricius *in Annot.* Gail. *2.Obs.59.* Mev. *ad Jus Lub.P.2.Tit.1.ad Rub.n.86.* Carpz. *Decis.77.n.12.* Id. *P.2. Jpr. For. c.16. def.5.n.2.* Berlich. *P.2. Concl.PP.21.n.36.& seqq.* Cothm. *V.5.Resp.30.n.16.cum mult. all.* & quos longâ serie recensent Hilliger *in Don.Enucl.l.24.c.13.lit.E.p.1221.1222.* Myler. *Nomol.c.6.n.13.14.15. qui hanc assertionem non tantùm à Germanis, sed etiam ab Hispaniæ, Lusitaniæ, Galliæ & Italiæ JCtis pro verissima agnosci ait, eamq; in seqq. latè declarat:* Junge Mev. *P.1. Dec. 146.* Carpz. *cit. P. 2. C.36.*
31 *def.9.* Quis ergò hanc Illustribus Imperii nostri denegabit integritatem in pangendis Fœderibus? Quis nisi temerarius affirmaret, sine solennibus juramentis vana esse fœdera? *Ehrenb.* hîc alienus: *Absque solenni juramento*, inquit, *alicui in fœderibus confidere, est piscari in aere, & venari in medio maris.l.2.de Fœd.c.1.p.82.* Absit à nobis, ut de majestate Illustrium, dignitate & summa fidei constantia aliter quàm Jus & tantæ præminentiæ exigit ratio, unquam „ statuamus. Instat *ille*, in causis publicis & gravioribus solenne „ Juramentum præferendum promissioni etiam firmiter factæ, & „ æquipollens non facilè admittendum, nec ut per procuratorem „ istud præstetur, cum cohæreat personæ jurantis, ut ab ea ne- „ queat divelli. Sic jurare in foro Saxon. Illustres in propria persona:

„sona. Sic Abrahamum & Abimelech fœdus pangentes jurasse; Sic „Imperatorem super Capitulatione, sic Principes Imperii fidelita- „tis juramentum in forma præstare *p.* 60. 77. Sed malè argumentatur ab exemplis ad jus, à singulari ad universale. Imperator e- 32
lectus jurat, jurant Principes investiti, non absolutâ quâdam necessitate intrinsecâ, verùm quod *illud* in Imperio sit receptum, *hoc* jure feudali sancitum 2.*F.* 3.*f.* Struv. *J.F.c.* 8. *Aph.* 7. utrumque sic pro forma requiratur, quæ æquipollens non admittit, prout in renunciatione mulieris illustris hoc exemplificat Carpzov. *cit. c.* 16. *D.* 5.6. & allegatæ consuetudini limitationis loco addunt Id. *all.D.* 9. Myler. *Nomol.c.*6.*n.*22. Mev. *P.*1.*Dec.*146.*n.* 2. Deinde quænam 33
gravior poterit esse res Pace publica? quid toti Imperio conducibilius, quàm ut hæc sanctè colatur? & tamen Circuli Duces, quò melius paci huic consuleretur, instituti sub fide solùm principali promittunt, in officio esse. Sic provisum in R.J. de A.1555. §. Und da 58. ibi: und dann daß Sie (die Kreyß Obersten &c.) sämptlich und sonderlich jeder in seinem Kreyß in fürfallenden Sachen/ was zu Erhaltung und Handhabung deß Landfriedens noth und gut seyn würde/ nach ihrer besten Verständniß und Rath fürnehmen/ handeln/ und in dem keinen Stand/ Geistlichen oder Weltlichen/ vor dem andern ansehen/ sondern sich gegen allen gleichmässig halten/ auch ihres Kreyß Hülffe nicht in eignen/ sondern deß Kreyß und desselbigen Ständen gemeinen Sachen/ darzu sie von dem Kreyß bewilliget und erstattet/ gebrauchen sollen/ verbunden seyn/ und Pflicht thun/ dergestalt/ daß die/ so Fürstl. Stands oder Wesens/ bey Versprechung und Zusage ihrer Fürstlichen Würden/ und wahren Worten gelassen: Aber die andere über obgemelts (von den Churf. Fürsten und Ständen an ihrer Statt verordnet) einen leiblichen Eyd schweren. Quod porrò juramentum personale solùm dicitur, 34
est & tale manet, præstitum quamvis per tertium, alterius nomine & mandato. Respectu nempe perjurii personalitas hæc consideratur, ut hoc non incurrat, qui procuratorio nomine juravit; secus quoad efficaciam obligationis: Hinc pro alio & in alterius animam jurari sinunt jura communia *l.*9.§.6.*l.*20.*l.*23.24.25.*l.*42.§.2.*de Jur. c.*3 *de Jur.Cal.in* 6. *v.* Hahn. *ad Wesenb. ff. de Jur.n.*9. *p. m.*398. & mores hodierni: quod jam olim aliquando solitum fuit. Ap. Liv. *pro fratre Ædili creato jurat frater L.Valer. Flaccus prætor designatus, & plebs scivit, ut perinde esset, ac si ipse Ædilis jurasset L.* 31. *c.* 50. Fridericus Imper. & Henricus Rom. Rex pacem Constantiæ per

Camerarium jurari fecerunt in animam suam §. *hanc igitur pactm.*
35 In foro Sax. nemo per intermediam personam jurat, quod sanctio Srmi LLatoris adsit. Carpz. *P.* 1. *C.* 12. *def.* 39. haud aptè igitur
36 *Ehrenb.* argumentatur ad casum suæ libertati relictum. Abraham juravit in propria persona, quia sic placuit, non ex necessitate; forsan etiam quia ipsi præsenti ab Abimelecho vel in forma, vel ut ipse præstet, delatum Jjurandum. Quod si & hodiè tenor poscat confœderationis, qui in hac quæst. totum meritò sibi vindicat, largior esse omni modo personalissimum hoc casu juramentum, non tamen ex regula, sed ex conventione, quæ legem nisi contrahentibus haud imponit. Sic cautum est in confraternitate Saxon.-Hassiaca. Den Eyd durch Gevollmächtigte nicht / sondern in der Person abzulegen Carpz. *de Pact. Confr. S.H. c.* 2. *th.* 30. Limn. *T.* 4. *ad L.* 4. *c.* 8. *n.* 25. *p.* 610. Contrarium verò in nuperrimè inito fœdere Austriaco Polon. Hoc sc. Juramento esse firmandum, nomine tamen Imperatoris & Regis à Cardinalibus Barbarini & Pio coram Papa præstando: & fœdere Polono-Brandenburgico A. 1657. Art. 21. *quotiescunque novus Rex Poloniæ electus fuerit, aut Dux Prussiæ in Ducatu successerit, ab utraque parte renovabitur confirmabiturque hoc fœdus perpetuum, juramento desuper præstito per Deputatos in animas Principalium jurantes.*
37 *V.* 8 *vel Contin.* 4. *Act Publ.* Lond. *L.* 8. *c.* 101. Itaque, quod dicere occupavi, fœdera non juratò quamvis, modò aliàs legitimè contracta, sat valida esse, ut quis ipsis confidere regulariter possit, firmissimè adhuc assevero, adjutus *Besoldi* sententiâ & Myleri *all. c.* 6. *Nom. n.* 26. ac nostri usu seculi, quo in tanta fœderum multitudine plurima extant subscriptionibus & sigillis solùm roborata, pauca jurata, de quorum numero præter memorata fœdera Saxon Br. Hassiacũ, & Polono-Brandenburgicũ sunt fœdus GalloHelveticũ A. 1663. Parisiis solenniter sub Juramento renovatũ, ut legi in *Vol.* 9. *Th. Europ.* p. 1058-1059. quod à Francisco I. initum Anno superioris seculi 82. itidẽ renovatum, solenni, tactis SSanctis Evangeliis, à Rege coram pagorum delegatis in majori Lutetiarum templo, præstito Juramento, recenset Thuan. *Hist. l.* 76 *p.* 444. *sub f.* & Pax Pyreneica, in cujus Art. 124. hoc conventum. *Ledit Seigneur Roys Tres-Chrestien, le plustost qu'il se pourra, & en presence de telle personne ou personnes, qui plaira au dit Seigneur Roy Catholique deputer, jurera solennellement sour la croix, saints Evangiles, Canons de la Messe, & sur son honneur, d'observer & accomplir pleinement, réellement & de bonne fois, tout le contenu aux Articles du present Traité: & le semblable sera fait &c.* quod & à congeniculantibus Regibus in Insula Phasianorum antea pacis,

nunc

nunc Majestatum congressui destinatâ, factum narrat Priolus *L.* 11. *Hist.c.7 p.*383.

Quin tamen tutius sit solennem ac religiosam hanc assertionem in fœderibus interponere, nolo dubitari. Præterquam enim, quod ob defectum essentialis hujus requisiti, ingredientis definitionem, ut fiat sc. per rem sacram, post *Covarr.* in c. quamvis *de Pact. in6. P.* 1.§.2.*n*.3. Bach. *ad Tr.V.1.d.*11.*th.*1.*lit.A.p.m.*785. Frantzk. *in Comm. ad ff. T. de Jur.n.*26. & Struv. *th.* 11. Juramentum propriè non sit, multò minùs solenne, quale invocationem DEI nec implicitam quidem admittit; v. H. Pistoris *L.* 4. *Qu.6.n.*2.3. natura actûs in se fulcitur, remoto omni, quod ejus entitati repugnat, quod juramentũ excludit. Jurans hinc dum actum intelligitur animo deliberato facere, imò deliberatissimo Gail. 2.*O*. 39.*n*. 6. Mascard. *V.*1. *de Prob. Concl.* 345.*n.* 37. Cothm. *V.1. Resp.* 18. *n.* 105. 106. dum expressam, specialem & enixam voluntatem, dum veritatem demonstrat juramentum *l.* 77. §.23. *de Leg.*2. & *ibi* Goth. & *ad N.*48.*c.* 1.*n.*18. Reink. 1. 3. 9. *n.* 47. 48. Cothm. *cit. R.* 18. *n.* 104. 107. *quod in seqq. latius prosequitur.* Jung. Grot. *L.*2. *de J.B.& P. c.*13. nec læsio præsumitur, & dolus & suspicio abest: semper siquidem præsumimus pro juramento Menoch. *L.*2. *Præs.*40. Goth. *ad l. f. n.*10. *C. ad L. J. Rep.* Quoad finem suum actus id quoque ipso consequitur, ut præcisè quis ad implementum promissi teneatur, *arg. c.7.x. de Jurejur.* nec ubi aliàs de jure locus est pœnitentiæ, possit pœnitere *l.*5 *pr. ubi* Gl. & Goth. *n.*23. *de Cond. c. d.* Everh. *in loc. leg. à vi jur.* 130.*n.* 39. 40. Klock. *V.*3. *Cons.*114. *n.* 26-29. *Cons.* 124. *n.*28-31. Covarr. *de Testam.sec.P.Rub.n* 27. & *ad d.c.quamv.P.*1. §. 4. *n.*6. sine perjurio, quod ut gravissimum censetur scelus & crimen ipso homicidio majus: Menoch. *L.*2 *de A.J.cas.*319 *n.*2. sic DEUM satis habet ultorem & vindictam ejus gravissimam secum solet trahere *l.* 2. *C. de R.Cr.* in quam præter Brunn. benè commentatur Men. *all. Cas* 389. *per tot.* CHRISTE, ait Amurathes ferè victus, in prælio ad Varnam Bulgariæ oppidum, En hæc sunt fœdera, quæ Christiani tui per nomen tuum jurantes mecum percusserunt, suoque perjurio Te DEUM suum abnegarunt. Quare si DEUS es, ut ipsi ajunt, hanc mihi & Tuo sancto nomini illatam injuriam ulciscere. Versâ ocyus fortunâ à Pannone, secuta Christianorum strages miserabilis docuit, acerrimum perjurii vindicem ultoremque esse Summum Numen. Nec aliter Gentiles de suis sensere Diis, teste Cic. *Or. pro Q. Rosc. c.*16. Majol. *Tom.2.Dier. Canic. Colloq.*2.*p.*394-395. Polo *Syn. Crit. ad Ex.c.*18.*v.*15. Al. ab Alex. *Gen. D.l.6.c.5.f. L.*5.*c.* 10. notabile est quod

Margin numbers: 38 (beside "Quin tamen"), 39 (beside "re, imò deliberatissimo").

ibi scribit, & notat etiam Solinus *c.10. n. 213.* de Sardiniæ fontibus, perjurum in eis immersum luminibus privant, ubi perjurium non est cernit clarius. v. Arist. *de mirab. auscult. sub pr. p. 97.* Majol. *p. 396. pr.* Gratulatur sibi Agesilaus de induciis à Tissapherne Persarum Duce violatis, dum perjurio suo & Deos & homines sibi infensos reddidisse ait, adversæ verò parti propitios. Erasm. *Apophe. l. 1. p. m. 6.* Corn. Nepos *in Agesil. c. 2.* Idem inculcat L. Papyrius, conflicturus cum Samnitibus: *Deos immortales*, disserit bellicum canens, *adesse propter toties petita fœdera, toties rupta* &c. Liv. *L. 10. c. 39. f.* & ipsi Samnites fœdifragio casum suum adscribunt, *minimè*, ajunt, *id mirum esse, si impio bello, & contra fœdus suscepto, infestioribus meritò Diis quàm hominibus nihil prosperè agerent.* ap. Liv. *l. 8. c. 39.* Jung. *L. 9. c. 1.* Hinc Æneas in fœdere cum Turno ap. Virg. *L. 12. Æn. v. 199.*

Audiat hæc Genitor qui fœdera fulmine sancit.

40 In summa, cum non sint idem, esse & benè esse, utrumque nititur veritate, absque juramento fœdera esse firma, & esse suo genere solidiora hujus accessu, juxta illud in *Can. 1. C. 22. q. 1. Omne quod in pacis fœdera venit, tunc solidius subsistit, cum juramenti hoc interpositio roborat. Sed & omne quod amicorum animos conciliat tunc fidelius durat, cum eos Sacramenti vincula ligant.* Sed, inquis, Juramentum non plus quàm simplex operari videtur promissio, cum inter illud & loquelam nostram non velit DEUS esse distantiam. *c. Juram. 12. C. 22. q. 5. ℞.* Hoc verum solùm quoad asserti promissique validitatem & observantiam, quatenus nostram voluntatem hîc suæ consonam vult DEUS, non, quando in cassum abit & annullatur simplex promissio: vel quoad interitum salutis intelligenda hæc convenientia, quia uterque peccat mortaliter contraveniendo; respectu quantitatis reatûs tamen magis peccat, qui juravit. Ita de Graffiis *L. 2. Decis. aur. Cas. consc. L. 2. c. 9. n. 4. 5. qui per tot. de juramenti viribus & effectu varia tradit.* Aliter Reink. *1. 3. 9. n. 58.* ubi tale Jur. Can. assertum vero non consentaneum ait, quem non sequor.

41 Obsidum dandorum mos Romanis usitatissimus, ut ex Liv. passim constat; Sic in fœdere cum Antiocho hoc cautum legimus: *Obsides Romanis viginti dato: & triennio mutato, ne minores octonum denum annorum, neu majores quinum quadragenum l. 38. c. 38. f.* in hod. fœderibus fermè exolevit quod in aprico est. Chamborticum prioris seculi fœdus tamen sic firmatum. Ehrenb. *L. 2. de Fœd. c. 1. p. 84.*

42 Duo adhuc noto finiturus; *Primum.* In casu dubiæ fidei fœdus percutientes olim potissimum obsidibus tanquam fidejussoribus voluisse sibi cautum, hodiè validius frequentare remedium. Solent à

tertio

tertio contendere, ut pro majore pactorum securitate ac observantia fidem suam interponat instar vindicis. In exemplum adduco fœdus jam all. Polono-Brandenb., in cujus Art. 22. sic cautum. *Pro securitate & horum pactorum firmitudine fidem suam quoq; ut interponant Serenissimi & Potentissimi Reges Hungariæ & Bohemiæ, it. Daniæ Norvvegiæque, deniq; Præpotentes fœderati Belgii Ordines rogabuntur, ut injuriam aut vim contra hanc conventionem passo omni meliori modo consulant atque debita illi satisfactio procuretur.* & Pacificationem Septentrionalem de Anno 1660. Art.34. *ad majorem horum omnium securitatem & observantiam S. R. M. Christianissimi Galliarum Regis, ut & Serenissimæ Reip. Angliæ, & Celsorum ac Præpotentium DD. Ordinum General. fœderati Belgii, Legati &c. promiserunt, & cautione reciprocâ sive Guarantiâ, tam generali omnium trium Statuum simul, quàm speciali singulorum Statuum seorsim obstrinxerunt, quemadmodum hisce etiam in forma optima, amplissima, securissima sese invicem mutuâ obligatione obstringunt, ut Actorum, Transactorum, Sponsores, Fidejussores, vindicesque sint, idque effectum dent, ut hæc pacta conventa sedulò ac penitus per omnes suos numeros impleantur, & ritè in perpetuum observentur. V.4. Contin. Act. Publ.* Lond. *l.9.c 5.*

Secundum. Connubiis nonnunquam fœdera quasi obsignari, 43
[exempl. est ap. *Dan.*11. ✝.6.] eò constantius duratura. Et essent, judice *Gramondo*, si valerent apud Principes vincula, quæ privatos homines ligant *L.6. Hist. p.314. f.* Sed quid mirum? cum Princeps longè arctiori nexu obstrictus Reip., longè majora huic debeat, quàm propinquis, quàm affinibus. Essent quoque forsan, si ab ortu vellent efficaciter pangentes, verbis à mente non alienis, quod esse non insolitum, edocemur à Meleandro Rege ap. Barcl. *Scio à Regibus sæpè filias aut sorores spargi in eos, quos fallere amicitiæ specie volunt, vel ad tempus placare; nihiq; deinde sui sanguinis pignoribus, nihil nominum, quæ mutuò inierunt, reverentiâ motos, pacem & bella ex temporum & fortunæ ingenio æstimare. L.3. Argen. c.*11. Nihilominus sat speciosa videntur fœdera hæc connubialia. *Ad stabiliendum Regnum,* inquit Alex. M. *pertinere, Persas & Macedones connubio jungi; hôc uno modo & pudorem victis & superbiam victoribus detrahi posse.* ap. Curt. *L.8.c.4.f.* Contrahentibus ipsis ut ut semper haud accepta. *Privatorum est,* ait Meleander c.l. *eligere matrimonia ex amicitia affectu, & morum concordia. Nobis illa suavitas exuenda. Regum enim fortuna est, ut nunc indignos & exosos per sanctissima Fœdera sibi conjungant: nunc omnium nexuum jura, omnisq; sanguinis charitatem inhumana*

mana necessitas negligat. Carissimus esse solet, qui utilitate precipuâ potentiam nostram alit; & affinitates pulcherrima censentur, quacunq; regnum stabiliunt. Ejusmodi Fœderum species refert quasd.B.Dn. LeBleu *Diss. Pol. de Fœd. th.* 31. 32. jung. Myler. *Gamol. c.* 4. §. 17. Nostra ætas meminit inprimis Pacis Pyreneicæ, cui arctius firmandæ accessit connubium, quo junguntur Ludovicus XIV. & Maria Theresia Hispaniarum Infans. Pacta extant in *V.* 4. *Cont. Act. P.* Lond. *l.* 8. *c.* 479. quali duplici nexu jam ante Hispania Galliæ fuit sociata, matrimonio Ludovici XIII. & Annæ supra memorato. Novissimè inter Serenissimos Reges Sueciæ ac Daniæ pace compositâ, subsequitur connubium inter Serenissimum Carolum & Serenissimam Ulricam Eleonoram, fidei qs. pignus, quod ad finem, quem habere debet, præsertim inter veræ Fidei socios, efficax ut sit, ad fructum posterorum & Imperantium & parentium redundans indesinenter, votis omnibus exoptamus.



CAP. XIV.

FIDE fractâ, etiam in minimo capitulo, totum jure tolli Fœdus demonstratur, ictum utut cum CL. Ne abeatur.

1. SIne Fide nec Fœdus dabile, pariter ac Feudum absque ea non est. Utrumq; horum esse, tam essentiæ, quàm existentiæ, ut distinguunt Philosophi, in fide se fundat, quæ debetur totaliter, remissâ quamvis fidelitate, quod in feudis elucescit inprimis ex renovandæ semper investituræ petitione, tanquã debitæ fidei signo: Struv. *J.F.c.*10. *A.*1.*n.*2. Rosenth. *S. F.c.*2. *Concl.* 60. *&* 66. *c.*6. *Concl.*35. *n.*6. Schrader *Tr. F.*
2. *P.*2. *c.* 2. *n.*25. 28. *c.* 4. *n.* 18. 19. 2. *F.*3. *f.* 24. *§.*1. *T.* 47. *&* 76. adeò ut nec provisiò hominis, quâ stante Legis aliàs provisio cessat, *arg. L.*1. *§.*6. *ff.Depos. l.* 65. *§.*9. *pro Soc. l.*12. *§.* 4. *C.de Æd.priv.* cum sim. Salgado de Somoza *de Reg.Prot. P.*3. *c.* 1. *n.*23. Reink. *de Retr. Qu.*6. *n.* 303. Menoch. *L.*4. *Præs.*41. *n.*13. *Præs.* 190. *n.*39. *& seqq.* hîc valeat, cui quidditas contractuum salvâ horum definitione & nomine non est subjecta, nec liberum, tollere provisionem legis præcisam, vel quæ est necessaria, vel quæ jam nata, prout axioma hoc aliàs limitant Merck. *ap.* Klock. *V.*1. *Cons.*6. *n.* 28. -31. pleniùs Tabor. *in Barb.locupl.l.*14. *c.*104.

*Ax.*5.

Ax. 5. Major enim eſt poteſtas legis quàm hominis qui legi ſubeſt.
Gail. 2. *O.19.n.5.* Sanè extrinſecum cum non ingrediatur rei formam, 3
nec ex modi varietate ad ipſum actum principalem concludere licet,
quod rerum eſſentiæ ſint ſicut numeri, quorum entitas vel minimo
ablato aut addito transformatur, nec amplius idem numerus eſt, ſed
diverſus Ariſt. 8. *Metaph.c.3.ſub f.* Stal. *P.1. Diſp.Phil.1.Reg.5.*

Fide igitur tanquam eſſentiali fœderum conſtitutivo à parte ru- 4
pta, hæc neceſſariò corruunt, & quoad totum diſſolvuntur confœ-
derati: nec enim niſi unum his corpus eſt, unusque ſpiritus. Ob 5
quod & unicum fœderis caput ab altero etiam in minimo violatum
alterum obligatione fidei, tam in illo quàm reliquis ſolvit. Molina
de J. & J. T.1. Tr.2. Diſp. 111. *n.* 2. *Tum* ex natura *Conventionum*, qua- 6
rum eſſe perimitur eo quo conſtat genere *l.35. de R. I.* Partis autem
violatione licet non totum fœderis, violatur tamen totum fœdus: uti
formæ etiam minima omiſſio vel mutatio totum vitiat actum. H. Pi-
ſtoris *Obſ.222.n.27.* Uti in Cithara, ſi vel unica fides diſcrepat vel ru-
pta, concentus ac harmonia tota perit: ſic fœdus non niſi exactiſſimâ
voluntatum & animorum convenientiâ conſiſtens. B. Dn. Schütz
V.2:I:P:d:12:th:6.-Lit:D. Sic unius præcepti transgreſſio omnium
cæterarum virtutum harmoniam infamat. Picinell. *L. 23. Mundi
Symbol.c:3.n.22:* Sen: *Individuus virtutum comitatus eſt, & qui habet
unum vitium, habet omnia.* Qui totam legem ſervat, offendit autem
in uno, factus eſt omnium reus. *Iac.* 2. 10. Rupto uno articulo tota
catena ſolvitur. Dn. Velthen. *ad Grot. l.2.c.15.§.20.n 5. Tum* vi *Cau-
ſarum* effectui eſſe dantium, & *Conditionum. He* ſicut in eſſe nihil 7
ponunt, & individuæ ob formam, quam continent regulariter Piſt.
c.l. n.25. & L.2. Qu.26.n.4. habentur, ita non adimpletæ in minimo
quamvis, totum quod actum annihilant. fa huc *l.56. de Cond. & Dem.
Illarum* unius etiam defectus ſufficit, ut non ſequatur iſte, qui ut na-
ſcatur, omnium certè præſentiam requirit & influxum: Nec obligatio
tanquam cauſatum, perpetuus & formalis fœderis effectus, negatâ
contractûs cauſalitate, fide, poterit ſuſtineri. *Tum Relatorum* ratione: 8
quæ enim mutuò ſe ponunt, unius deſtructione neceſſariò pereunt,
cum relationis natura requirat ſimultatem, non quidem in formali
habitudine, ſed in neceſſaria connexione, quoad fundamentum & ter-
minum, qui ſine illo non eſſe poteſt, maximè negatâ ratione fundan-
di. Spectat huc, quod notant Dd. in *c.75. de R. I. in 6.* cum qui con- 9
tractûs correſpectivi fidem non implet, adverſam partem hôc ipſo
liberare & fidei vinculum tollere: pro quo & reſponſum ap. Carpz.

P.2.

P. 1. *C.*41. *Def.*10. Nam unum est correspectivum alterius, & cessante uno in correspectivis, cessat & alterum, quia idem horum jus, eadem natura, ratio ac dispositio. *l.*21. §. 11. *de Rec. arb. l.*23. *de Accept. N.*117. *c.*7. Goth. *ad l.* 41. *de R. J.* Everh. *in loc. à Correlat.* 20. *n.*1.-4.10. Unde qui non præstat quod debet, etiamsi sit minimum, petere non potest quod ei debetur *arg. l.* 37. *de Jur. L.* 13. §. 8. *de A.E. Auth.* Dos data *C. de Don. ante nupt l.*3. *C. de Cond. insert.* Carpz. *Decis.* 9. *n.*16. Reink. *all. Qu.*6. *n.*23. Tabor *Barb. locupl. l.*6. *c.*15. *Ax.*9. *ampl.* 1. *V.* Men. *l.*6. *Præs.* 12. ubi docet, actus correspectivi qui præsumantur, & quis eorum sit effectus. Mantica *de T. & A. Conv. L.*3. *Tit.*16. *n.*15. - 18. Jac. Cancerius *P.*2. *Var. Resol. Jur. c.*11. *n.*27. - 30. qui ajunt, ut quis ad observantiam contractûs non teneatur, sufficere inobservantiam & contraventionem partis, vel in minimo capitulo, quia contraveniens non servat formam contractûs, quæ consistit in integritate.

10 Sed, quod dixi, verum est solùm, ni aliter à se sociantibus conventum, ne ob quasvis offensas discedere statim liceat à fœdere. Tale fieri non rarò solet, & factum in pacif. Pyreneica Art. 21. in pace ab Anglis cum Batavis Anno 1654. facta. Art. 16. ibi: *Si ab ullo contra hoc Fœdus aut ullum ejus membrum - quidquam fiat, aut tentetur, Amicitia hac, Fœdus & Societas non idcircò interrumpentur, aut infringentur, verùm integra nihilominus perstabunt, vimq; suam plenariam obtinebunt: tantummodo illi ipsi, qui contra Fœdus prædictum commiserint, singuli punientur & nemo alius, justitiaq; reddetur, & satisfactio dabitur &c. V.*7 *vel. Contin.* 3. *Act. Publ.* Lond. *L.*7. *c.*57. quod iisdem verbis repetitum in pace Anglo-Portugallica, art. 16. & Dano-Anglica art. 10. ejusd. Anni. *c. L.*7. *c.*81. & *c.*99. Idem extat tenor in fœdere, quod pacti sunt Angli cum Suecis Ao. 1654. art. 13. & Anno 1662. art. 14. *c. l. c.*58. *V.*8. *l.*9. *c.*124. cum Danis, Anno 1661. art. 9. 11. *c. l. c.*125. cum Gallis Hollandi Anno 1662. art. 12. *c. l. c.* 142. Certè quod hîc specialis provisionis est effectus, summâ nititur ratione, cujus observantissimos fuisse Romanos colligimus ex illo Flori. *Summa Fœderum Romanis religio est: itaq; ad auditum Sociæ civitatis obsidium, memores icti cum Pœnis quoq; fœderis, non statim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt. l.*2. *c.*6. *pr.*

11 Nec Clausulæ, NE FOEDERE ABEATUR, etiamsi juratoriæ, vis est talis, ut perfidiæ ac perjurii crimen inurat deserto jam à fœdere culpâ socii discedenti. Tacita enim conditio inest juramento, ut hoc non censeatur obligatorium *si fides frangatur*, nec nisi

Rebus

Rebus sic stantibus & in eodem statu manentibus *c.3. & 25.pr.x.de Jur.* Goth. *ad l.54. §.1. Loc. & ad l.21. n.34. C. de Pact.* Gail. *L. 1. de P.P. c.3. n. 18. c. 4. n.45. & 2. O. 23. n.9.* De Graffiis *P. 2. Decis. aur. Cas. consc. L.2. c.6. n.1.* qui in seqq. illud variè limitando declarat. Cancer. *d.c.11. n.19. 20. & c. prac. 8. n. 93. - 95.* Mantica *de T. & A. C. l. 2. T. 4. n.91. 93. L.3. T.16. n. 19.* Jac. Thöming *V. 1. Cons. 47. n.59.60.* Fr. Marci *Decis. Parl. Delph. P.1. Qu. 43. n.7. - 9.* Reink. *de R. S. & E. l.1. cl.3. c.9. n.71. - 73.* Klock. *V. 1. Cons. 19. n. 34. Cons. 35. n. 367-372. & V. 3. Cons. 126. n.6. Cons. 142. n.32. 33.* qui generalem hanc clausulam ait in omnibus indifferenter actibus & dispositionibus, juramentis, transactionibus, privilegiis, renunciationibus &c. & nil adeò præcisum esse, firmum & immobile, quin semper subintelligatur. Idem testatur Carpz. *Decis. 96. & 294. n.21. & P. 2. J. For. c.35. Def.23.* H. Pistoris *L.2. Qu.47. n.51.* Hector Capyc. Latro *Sel. Consult. 53. n.7.* Mevius *P. 6. Decis. 46. n.* 1. ubi istam naturalem vocat & communem conventionum conditionem. fa. huc *l.40. §. 3. de Pact. l.8. de Cond. c.d. l.54. §.1. Loc. l.43. pr. de V. & P. S. l.38. de Solution.* Sic ob inob- 12
servantiam locationis conductionis contractûs ab ea licitè receditur; & ex non solutis justo tempore promissis usuris, resignatio debiti, ex pacto quamvis restricta, nec cum illis quid habeat commune, tamen fit libera, & desinit ea necessitas; utrumque vi hujus clausulæ, uti decisum ap. Mev. *P.1. Dec.73. & P. 2. Dec.34.* Singula ergò fœ- 13
deris capitula, conditionata hâc clausulâ Grot. *L.2. de J. B. & P. c.15. §.15. & l.3. c.19.* §. 14. Clasen. *Pol.3. c. 8. n.10.* nec ultra adstringunt, ex natura obligationis, quæ secundùm præsentis solùm non futuri temporis jus est æstimanda *arg. l.137. §.6. de V. O.* & formâ conditionum, quarum sub una si quid promissum, sub contraria continet negativam *l.107. §.5. de Condit. & dem. l.10. de Ad. leg. l. 6. qn. di. leg. L.13. §.5. de Stat. lib.* Salgado de Somoza *Labyr. Cred. P. 2. c. 10. n. 45. 46.* 14
Perfidus sic iste non erit, qui fœderis utens naturâ, ei contravenire non censetur. *arg. l. 14. pro soc. l. 54. §. 1. Loc. l.* 132. *de V. O.* H. Pistoris *l. 4. Qu.7. n. 8.* Nec consequenter perjurus infringens juramentum, quod ex poscentis & proferentis mente, velut genuina & propiore censurâ, præsens determinatè solùm respexit, ad non cogitatam vel inopinatam nunquam pertinuit causam, quæ nova jam, novo etiam indigens remedio & auxilio *arg. l.11. §.8. de Interr. Act.* novum simul producit effectum, sublato veteri, ob cessantem ejus & nunc infirmatam causam, ob fidem nempe fractam. hinc Ulp. *Si de perfidia prioris dici quid potest, danda est actio. l.3. §. 13. de hom. lib.* Fraus

 enim

enim quomodo prodesset? *L. 2. C. qui mil.* 12.34. ex re, in qua quis fidem fallit, quis speraret commodum? *l. 5. de Leg. Comm.* Non aliud certè, nisi ad paria socium in se ipsum invitando, juxta illud:

Frangenti fidem fides frangatur eidem.

Et Fallere fallentem fraudemque repellere fraude,
Exemploque licet ludere quemque suo.

Gail. *c. n. 16.* (qui *L. 2. c. 15. n. 12.* hoc etiam ad fidelitatem Vasalli extendit, quæ cum fidei à Domino debitæ sit correspectiva, hâc non servatâ, nec illa obligabit, prout declarat Men. *L. 6. Præs.* 12. *n.* 22. jung. Schrader *Tr. F. P. 6. c. 5. n.* 15. & patet ex iis quæ Proceres Imperii per Legatos ad Henricum IV. Imperatorem *Sacramento se ei fidē* inquiunt *dedisse: sed hanc si prior ipse temerasset, se jam Sacramenti hujus religione non teneri* Reink. 1.1.5. *n.* 90.) Inconvenienter in Reip. perniciem detorquerentur aliàs, quæ pro ejus commodo sunt interposita juramenta, & fœdera, contra rationis æquitatem, actûs & dispositionis finem, qui inspiciendus inprimis, ne unius inducta causâ operentur contrarium ac læsionem.

15 Si porrò Fœdera in actu signato & abstractè intuemur, facilè quivis assentietur, hæc esse conformia debitæ quidditati, rationique quam propria & specifica exigit natura, ac juxta legum normam. Generalis siquidem de omnibus actibus contractibusve hæc est præsumtio, quæ latè defenditur à Men. *L. 3. Præs.* 38. *&* *L. 6. Præs.* 10. & demonstratur inde, quod conceptus rei formalis, si verus sit, objectivo conceptui conformis esse debeat, ex doctrina Philosophorum *v.* Scheibl. *Metaph. L. 1. c. 2. n.* 31.32. *p. m.* 80. *& c. 24. n.* 83.- 86. *p.* 808. ac quod accidentalia nunquam præsumantur. Actum enim qui facit, censetur adstringere se legibus de eo actu loquentibus, & ad id, quod ex actûs natura dependet. *arg. l.* 38. *de A. Her.* Salgado *de Reg. Prot.* P. 4 *c.* 14. *n.* 57. Id. *Labyr. Cred. P.* 1. *c.* 13. §. 1. *n* 44. *P.* 2. *c.* 6. *n.* 33. Thōming *V.* 1. *Conf.* 20. *n.* 81. & voluntas disponentis intelligitur talis, qualis est natura rei, seque conformasse ad jurium communium dispositionem tanquàm ad finalem suā causam. Carpz. *P.* 3. *c.* 29. *Def.* 16.

16 Reink. *de Retr. Qu.* 5. *n.* 6. Ita Feudum potius præsumitur proprium quàm improprium: Struv. *J. F. c.* 4. *A.* 12. *n.* 6. *c.* 8. *A.* 8. *n.* 5. *c.* 16. *A.* 13. & Francum Feudum consolidatum si de novo quis acquirat, omissâ quamvis mentione servitiorum, non tamen ab his, si non expressè remissis, erit immunis *arg. l.* 30. *pr. de S. P. Urb.* absoluta enim Feudi mentio involvit propriam naturam, secundùm quam etiam concessio censetur facta. 2. *F.* 23. *in f. &* 55. §. 1. Id. *c.* 11. *A.* 4. Rosenth. *Syn. F.* *c.* 8.

p.8. concl.4.n.5.6.8. Lit.F. Men. c. Praeſ 38.n.3. ne Dominus conceſſione beneficii gravetur à Vaſallo objiciente remiſſionem præſtationum, quas poſt uti non injungere, ita nec veterum augmento onerare Vaſallum poſſet Mev. P. 8. Dec. 297. Igitur cum quælibet con- 17
ventio B.exigat Fidem naturaliter,& ex communi omnium quaſi forma l.4. C.de O.& A. l.59.§.1.l.60. §.4. Mand. l.36. de V.O. Mantica de T.& A. C. L.1. T.9. n. 6. & ſeqq. nec Fœdera ſubſiſtent hâc fractâ, quæ ineſt ipſis ut qualitas ſubſtantialis, à ſpeciali contractûs & nominis natura: nec fœderatus contra jura & Fœderis eſſentiam præſumitur ſe obligare ſocio etiam fidem violanti per l.30. de Op.lib. l.8.§.6. l.20. §.1. de Lib.leg. l.5. §.7. de adm. Tut. cum ipſo occaſio delinquendi & perfidiæ concedi videatur, contra B.F. & bonos mores l.27. §.3. de Pact. l.17.pr. Commod. & ibi Goth. Mej. C.l. A.de Pact.n.62. contra quos paciſci non, nec facere quid convenit; l.4. C.de inutil.ſtip. nec pactum valet. Goth. ad l.5. n.17. de Pact.dot. Ju- 18
ramentum autem cum rei eſſentiam non immutet, nec augeat obligationem extenſivè, ſed ei intra ſuos limites manenti adjiciat vinculum religionis & robur Mantica de T. & A.C. L.4.T.32.n.90. L.12. T.13.n.18.-20. ut homo ob reverentiam juramenti, adeòque ob metum contrahendi præter perfidiam perjurii, promittat ſincerè,& promiſſionem obſervet tantò fidelius, efficacius ac ſanctius in iis ipſis circumſtantiis & caſibus, in quibus obſervare teneretur, utut non cogitaſſet de ullo juramento; & ſic ſequatur ſolùm naturam actûs primordialem, recipiendo eaſdem quas principalis diſpoſitio, ſuper qua juratum, habet conditiones, ſubauditiones, limitationes, qualitates, temperamentum, omneſque actûs modificationes; per l.16. qui ſatisd. l.11.§.2. de Jur. l.16. C.de non num.pec. c.23.c.25.x.de Jur. Cancer. P.2.Var. Reſ. c.8.n.115.-117. Gail. 1.O.22.n.6. 2.O.23. n.20. O.59.n.5. Covarruv. ad c. quamvis. de Pact. in 6. P.1. §.4. n.2.3. 11. & ad Rub. P.1.§.3.n.10. Id. de Teſtam.P.2. n.12. & L.3. Var. Reſol. c.17. n.5. Reink. 1.2.5. n.10.-12. Carpz. Deciſ. 123. n.19. - 23. Merck. & Dauth. ap. Klock. V.1. Conſ.35.n. 380. V.3. Conſ. 134. n. 296. Cacher. Dec.Ped.41.n.5. Magerus à Schönberg de Advoc. arm.c.9.n.231.232. Hect. Capycilatro Sel. Conſult. 149.n.59. - 61. fides non ultra quoque poterit extendi, quàm natura contractûs admittit: quemadmodum ſecundùm illam interpoſitum etiam præſumitur & interpretatur juramentum. Men. L.6. Praeſ.10. n.7. H. Piſtoris L.2. Qu. 47.n. 53.54.

CAP. XV.

De INTERPRETATIONE Fœderum aqua ac Juri consona.

1. QUod in LL. secundùm Pomp. *l.2. §.5. de O.J.* id in fœderum pactionibus naturaliter evenire solet, scil. ut capita quædam dubia necessariam desiderent interpretationem, maximè cum verba sint sub jugo mentis *arg. c.12. dist.38. c. humana.* 11. *c.22. q.5. c.6. 8.15. de V.S.* tanquam sub proprio & originali imperio Cothman. *V. 4. Resp. 4. n.269.* nec tamen ullus sine voce dixisse existimetur *l.7. de Sup.leg.* nec quod non mente agitaverit. Melius hinc esse, ait Ulp. *sensum* ma-
2 gis quàm verba amplecti. *l.3. §.9. de Ad. leg.* Quippe licet nullum aliàs animi nostri evidentius sit signum, quàm qualitas inspecta verborum; Cothm. *V.4. R.50. n.70.* nec in dubio à verbis recedendum *l.69. de Leg.3.* & in potentiori h.e. propria significatione hæc sumi debeant ac naturaliter; Salgado *de Reg.Prot. P.4 c.3. n.48.49. c.9. n.120-123.* ut tamen sequamur mentem aut rei veritatem verborum negligere licet proprietatem subtilemque distinctionem. Gail. 2. O.132. *n.* 11. Vasquius *P.1. Ill. Controv. c.30. n.6. l.3. C. de Lib. prat. l. 9. C. qua res pign. l.*15 §.4. *Loc. l.*4. §.1. *qui pet. Tut. l.*13. §. 2. *de Exc. Tut. l.*101. §.2. *de cond. & dem. l.*57 §.1. *ad SC. Treb.* quod illustrant Carpz. *P.3. J-For. C.29. Def.*13.14. Mev. *P.7. Dec.* 43 *latè* Mantica *de T. & A.*
3 *C.l.2. T.8. n.1. - 3 & seqq.* Imò superflua potius judicanda sunt verba, quàm ut quid inde inferatur contra mentem & voluntatem contrahentium vel disponentium H. Pistoris *l.3 Qu. Jur.* 3. *n.*57. & *Qu.* 29. *n.*62 Non enim, ut cum *Cic.* loquar, quicquam opus est verbis cum ea intelligitur res, cujus causâ quæsita sunt illa, quæ etiam sunt inventa ad indicandã, non nostram voluntatem impediendã. *Or. pro Cacin. p.m.*338. Nec verborum aut figurâ literarum obligamur, sed mente & sensu. *l.* 39. *de O & A.* Vasq. *d. P.1. c.62. n.16.* Sic sequimur mentem militis, rejectis ejus verbis *§. 1. J. & l.24. ff. de mil. Test. l.69. de Leg.3 l.57. §.1. ad SC. Treb.* quæ jura idem in pagano præcipiunt. Junius hinc ille juratos inter 10. ab Hannibale post pugnam Cannensem Romam missus, inque castra cum sociis rediturus, nisi conventum de redimendis captivis approbasset Senatus, juramento se non exolvit eo prætextu, quod paulò post, quàm egressus erat castris, rediisset, quasi quid esset oblitus, quod recensent Cic. *l.3. Off. in f. p.m.* 1252. Liv. *l.* 22. *c.* 58 - 61. A. Gell. *N. Att.*

l. 7 c. 18. *Verba* è contrario quanquam rerum non causæ constituentes; juxta *l.* 13. 14. *C. de Prob.* sunt tamen notæ, picturæ & tesseræ Reink. *de Reg. S. & E. l. 1. cl. 1. c. 1. n.* 5. sunt naturaliter signa intellectum; sunt nostri cordis nuncia & mentis interpretes Cic. *l. 1. de LL. c.* 10. Menoch. *de A J. L. 1. Qu. 7 n. 75.* Quorsum enim nomina, nisi ut demonstrent voluntatem dicentis? Animus quamvis videri non posit, nec tangi, aut percipi; hunc tamen ex loquela judicamus, ex Oratione, quam vultum animi ait Sen. *Ep. 115 pr.* Censetur quis non aliud voluisse, quàm verbis expresſit, cum ei facilè fuerit exprimere hoc, si voluisset *arg l. un. §.* 11. *C. de Caduc.* Quod verbum non sonat, nec sentire quis creditur. Mens talis est in corde, quale verbum in ore, cum tuba cordis sit lingua loquentis, ut ex Baldo ait Magerus *de Adv. arm. c 9. n.* 1098. & Merck. *ap.* Klock. *V.* 1. *Conf. 7. n.* 523. [& verè, si non abusum seculi, saltem naturæ ductum & institutum loquelæ aspicimus. Inventa enim hæc, quò verbis homines significarent animi conceptiones, ad quod lingua omnium nostri corporis partium est accommodatiſsima, prout probat Valesius *Phil. Sacra c. 3. p. m.* 58-60.] In verbis, sicut facies in speculari, consistit voluntas: Men. *l. 6. Præs. 35. n.* 14. 16. H. Pistoris *L. 3. Qu.* 8. *n.* 124. v. Mantica *de T. & A. C. l. 2. T. 5. quo diligenter exponit, voluntates contrahentium quemadmodum ex verbis possint colligi.* sed hanc istorum iterum varia variare potest acceptio, respectu *proprietatis*, ut dictum, *Usus loquendi*, (qui omni verborum derogat significationi regulæque, & hanc dat rei, tanquam anima verborum, quæ sunt instar corporis. Carpz. *Decis. 2. n.* 22. 23.) & *subjecta materia*, secundùm quam verba semper intelligenda, etiamsi ad impropriam significationem imò impropriiſsimam hæc detorqueantur. Everh. *L. L. à subj. Mat.* 93. *n.* 1. 2. *& seqq.* H. Pistoris *Obs. 229 n.* 9-11. Klock. *V.* 3. *Cons.* 139 *n.* 10. *Cons.* 182. *n.* 90. ubi additur ratio, quod verba rebus, non res verbis inserviant. *Verba*, inquit Thôming, *sunt trahenda ad intellectum, non intellectus ad verba. Habito enim sensu habemus finem aut finalem loquentis intentionem: habito fine, non est curandum de modo vel qualitate verborum. V. 1. Cons. 23. n.* 61. 62. Unde tolerabilior impropriatio naturæ verborum, quàm naturæ rei, cum non sit tantæ potentiæ rigor verborum, ut extinguat jus naturale rerum. Quin, ne contra rei naturam operentur, admittendum potius, ut supervacua sint verba, & nihil operentur. Klok. *n.* 91. H. Pist. *l* 3. *Qu.* 3. *n* 40. Cancerius *P. 1. V. R c. 8. n.* 155.

Nihil igitur datur tam certum, tam justum, de quo non posit dubitari vel controverti *N. 44. c. 1. §. 3.* seu ex captatione verborum *l. 19.*

ad Exh. Quæ enim lex, ut graviter differit Cic. *all.p.33. quod SCtum, quod Magistratûs Edictum, quod Fœdus aut Pactio, quod Testamentum, quæ Judicia aut Stipulationes, aut Pacti & Conventi formula non infirmari & convelli possunt, si ad verba rem deflectere velimus, consilium autem eorum qui scripserunt, & rationem, & auctoritatem relinquamus? seu* Juris subtilitate, cui cum Principum gesta non subjaceant, nec Fœdera indidem erunt regulanda, quæ nominis vi & ex natura contractuum Principalium B. sunt Fidei Goth. *ad l.67. §.10. de L. 2 n. 20. & ad N.105. c.2 n.13.* Klock. *all. Consf. 182. n. 679.* Mantica *de T. & A. C. l. 1. Tit. 9. n. 45. cum mult. All.* Carpz *Decis. 87. n. 15.* Schrader *Tr. F. P. 10. S. 4. n. 194.* Otto *J. P. c. 8. p. m. 189.* Ehrenb. *l. 1. de Fœd. c. 3. p. 259.* apices Juris ob hanc non admittunt. *l. 29. §. 4. Mand. Ego*, inquit Mauritius Saxo, Carolo V. subtiles interpretationes contra Landgravii liberationem ne&tenti exprobrans, *Te tanquam Imperatorem, non tanquam JCtum aut Legistam, pactiones & fœdera interpretari volo.* Syring. *de Pace Relig. Concl. 19. lit. D. in V. 5. Disp. Bas.* Quis excusabit Romanos? qui Legatis Carthaginiensium, Carthaginem cum juribus ac privilegiis salvam fore ac liberam spondendo, urbem diruunt, ac si mœnia & ædificia ad civitatem Carthag. non pertinerent, nec certo hæc contineatur loco: quam cavillationem meritò increpat Grot. *l. 2. de J. P. c. 16. §. 15.* & post eum Bœcler. *in Diss. de eo quod civitas egit. p. 33.* Quis Q. Fabium Lab.? qui teste Val. Max. *l. 7. c. 3. Ex. 4.* Naves, quarum pars dimidia Antiocho ex fœdere erat relinquenda, omnes secare jussit, ne Regi ex propria classe quid esset reliquum. Quis Cleomenem? qui pactis cum Argivis septem dierum induciis, tertiâ nocte violatis, de diebus, inquit, pactus sum, noctes non additæ sunt Jurijurando. Erasm. *Apophth. L. 1. p. m. 59.* Nec his absimilis Rhadamistus Pharasmani Hiberorum Regis filius, qui in Mithridatem patruum, fidei & fœderis pangendi simulatione deceptũ, inq; sororem, qs. Jurisjurandi memor, non venenum expromsit; sed projectos in humum, & veste multâ gravique opertos necavit: narrante Tac. *l. 12. Ann. c. 47.*

7 Quemadmodum verò ejus gratiâ, quod bonum esse videtur, omnes omnia faciunt: Arist. *l. 1. de Rep. c. 1 pr.* sic ex Fine fœderum hæc optimè interpretari licet, cum iste sit bonum illud, quod maximè volumus, & quod in agentis est intentione; quod sui amorem injicit efficienti ad producendũ effectum, & cujus gratiâ agens agit; Scharf. *Met. L. 2. c. 9. can. 1.* Primum & ultimum cujuslibet actûs, basis & fundamentum ipsius negotii. Ut non tam de vocabulis quàm fine sit quærendum: qui omnes hominum actiones distinguit, & principalem agentium

tium intentionem significat; qui regulat, declarat, ampliat & restringit verba non sophisticè, sed secundùm rectè intelligentium sensum. Reink. *de Retr. Qu.6.n.*444.446. Id. *de R.S. & E.l.* 1.*cl* 2.*c.*2. *n.*192. Klock. *V.*3. *Conf.*150 *n* 44. Mutua amicitia & publica fœderatorum 8 salus præcipuè finalis fœderum est causa & ratio paciscendi, quæ, ni ista se invicem sequantur, adæquatè talis non erit, ad quam socii suas referant actiones, cum intentio primùm semper feratur ad ultimum, à quo cientur media. Et finis seu operis seu operantis, uti Philosophi distinguunt, ut constituatur in esse completum, efficax esse debet voluntas mediorum, quæ à fine generatim regulantur.

Hæc itaque facienda est interpretatio, ut utrique fœderatorum 9 sit conveniens & consultum, uti regulariter aliàs in quovis casu fieri in dubio debet: Klock. *V.*3. *Conf.*182.*n.*379. Cancer. *P.*1. *V. R c.*8.*n.*145. nec ista nec hæc disjungantur, & sic qui primus fuit in intentione finis, etiam sit ultimus in executione semper. Nam quod pater filiis est, quod LL. Civibus *N. Leon.* 59. id fœdera oportet esse se jungentium subditis, ut in hoc unum, quod illis conducat ac salutare sit, colliment.

Sicut deindè juris interpretatio juri, fœderum sic interpre- 10 tatio menti fœderatorum debet esse analoga. Nimia siquidem & misera diligentia, ut loquitur testator ille ap. Scævolam *l.*88.§.17. *de L.*2. bonæq; fidei negotio contraria erit subtilitas, vana vocabula amplecti *l.*29.§.4. *Mand. l.*2.§.1. *C. de Conft pec.* quorum interpretatio tantū nusquam valet, ut melior sensu existat *l.*3.§. 9. *de ad leg. l.*3. *C. de lib. prat.* unde melior non, nec certior ista, nisi ab ipsis contrahentibus dari poterit, neque alia admittenda. Nam quivis optimus suorum interpres est verborum, & interpretationem ejusmodi potentiorem cæteris omnibus, certiorem esse, securiorem & meliorem de mundo, cui modis omnibus standum, post alios ait Klock. *all. Conf.*182.*n.*334. Nec erit alterius, pro arbitrio alterum gravare, si, quod jura volunt 11 & æquitas, eorum adsit voluntas interpretativa, ex quorum consensu totum contrahitur, juxta *l.*31. *de O. & A.* utriusque sc. fœderatorum. Si talis capienda interpretatio, quæ magis æquitati ju- 12 stitiæque consona *arg. l.*16. *de Cond. & dem* Klock. *V.*2. *Conf.*60.*n.*91. Merck. *ap.* Eund. *V.* 2. *Conf.*19.*n.*7. Hect. Capyc. Latro *Consult.* 75. *n.*329. æquitatem sanè non sapit, quæ ex unius voluntate socio facit præjudicium, ob hoc rejicienda *arg l.*10. *de Aq. pluv.* ex regula: Quod omnes tangit, omnium non nisi approbatione valet. v. Mantica *de T. & A. C. l.* 2. *T.*4.*n.*11. 70-83.

Ne

13 Ne denique pereant fœdera, sed potius sustineantur, interpretatione cavendum. *arg.l.3.de Test.mil.l.12.de Reb.dub.l.16.pr.ad SCt. Treb.l.80.de V.O.l.67.de R.I.* quæ jura cum simil. pro actûs dubii existentia respondendum semper volunt; adeò ut pro hac verba etiam impropriari permittant. *l.38.§.6.& ibi* Goth. *n.47.de V.O. l.20.de R.C.* Men.*l.2.de A.J.cas.199.n.22.*Cacher. *Decis. Ped.163.n.2.* Faber.*l.6.Cod.T.19.def.16.* H.Pistoris *l.3.Qu.3.n.45-48.* ubi ejusmodi interpretationem reginam esse, ait, omnium interpretationum, & omnes alias superare. Idem Mantica *de T.& A.C.l.2. T.4.n.18.19.103.*

14 Nam actum facere frustraneum nemo præsumitur. *per l.109.pr.de L.1. l.59.de V.O.l.1.§.2.ad Munic.*Vasquius *P.1 Ill.Controv.c.40.n.21.* Merck. *ap.*Klock. *V.1.Cons.6.n.150.* Brunn. *ad l.12.n.7.C.de J.delib.* Et si in odiosis, ac quando tertii subest præjudicium, interpretatio censetur favorabilis, quam actûs sequitur annullatio Men.*l.4.Præs.10.n.26.27. Præs.104.n.9.*arg.*l.2.de lib.& posth.*odiosum certè erit, fœdera, quæ publicus juvat favor, restringere ac tollere: *per c.15. de R.J.in 6.* nec nisi malignitas, actum alioquin *validum* interpretando pervertere. *l.126.§.2.& ibi* Goth.*n.36.de V.O.*Carpz.*Decis. 42.n.17.* & quæ favore publici sunt sancita fœdera, ad ejus læsionem detorquere. At interpretatio semper benignior est sumenda. Hect. Capyc. Latro *Consult.156.n.42.*


15 Dixi *validum*. Spretâ igitur formâ, etiam in minima parte, cum res in esse non sit deducibilis, *arg.l.9.§.3.ad exh.* & ipso jure in nullitatem incidat, Carpz.*Decis.272.n.19.*Cothm.*V.1.Resp.5.n.28.* interpretatio pro Fœderibus justa haud erit: quod generale aliàs est, & per ampliationes ac restrictiones declarat Mantica *c.Tit.4.n.33-*

16 *46.* Forma uti actuat materiam, quà dat determinata attributa, & quasvis in genere causarum per modum dependentiæ sequitur causas, sic actûs qs. complementum est, & ultimum id, quo compositum vel res in esse constituitur specificum *arg.l.18.§.3.de pign. Act.l.80.§.1.ad L. Falc* quod quia formæ defectus & vitiū excludit in fœderibus, nec hæc interpretando conservari possunt, quæ ipso jure vitiata, utut sint favorabilia Mant. *n.35.c.l.*Ehr.*l.2.de Fœd.c.2.p.92.*nam & in his actum ob neglectā formam corruere oportet, non existente, per quod res solùm est id quod est. Ambiguum insuper ex certo interpretandum: Reink. *2.2.11.n.25.*certū autem non est, quod suâ caret essentiâ & nomine, juxta

17 *l.74.& 75.pr.de V.O.* Suis contrà formalibus, licet sancitum sit Fœdus, fœderatorum tamen alterius violatione essentiam suam hôc ipso perdit, nec ullam consequenter pro ea admittit interpretationem, quam ipsa

ipsa negotii æquitas & Fœderis natura non pro, sed contra suggerit. Nam indignus existentiâ permanente meritò censendus actus, qui parit præjudicium, aut damnum immeritum; Men. *l.4. Præs.104. n.9.* & inducit absurdum *per l.38. de R.V. l.77. de Contrah. E.l.31. f. de Evict.* h.e. ubi resultat iniquitas, elusio & frustratio vel operatio contraria fini, vel denique contradictio aut contrarietas: ita interpretante post al. Klock. *in sæpè all. Cons. 182. n.386.* jung. Cancerius *L.3.V.R. c.20. n.390-394. & P.1.c.8.n.207.* ubi Reg. illam, quod pro actûs duratione sit interpretandum, non procedere ait, quando ita interpretando fieret actus contra voluntatem disponentis. Consent. Mantica *c. Tit. 4. n. 56.* qui in anteced. varias hujus Reg. restrictiones addit.

In summa, cum certior verborum interpres sit B. Fide nullus, quam ex intrinseca quadam necessitate etiam quivis debet præstare; Fœdera, velut adjuvantia societatem humanam, judaicè, i. e. captiosè, fraudulenter & cum injuria alterius, non sunt interpretanda: cum nefas sit secundùm istam, sibi invicem insidiari *l.3. de I. & I.* multò magis hos, qui debent esse B.Fidei, ad exemplum Augusti; Suet. *in vita Aug. c.42.* & in tali negotio, quod B. Fidem per se omnimodo spectat. Ergò sicut quivis contractus interpretandus, ut æquitas naturalis servetur, ex æquo & bono: majori ratione fœderum interpretatio Æqui Bonique patrocinio omnino erit & esse debet tuta, ad normam ejus, in antiqua Fœderibus apponi solita formula: *Sine dolo malo utique ea hic hodiè rectissimè intellecta sunt.* Liv. *l.1.c 24.* Finio Discursum hôc capite, & hoc illo *Senecæ. Nullum* est *tam plenum beneficium, quod non vellicare malignitas possit, nullum tam angustum, quod non bonus Interpres extendat.* 19



AUCTARIUM.

I.

JUS nostrum dispescitur in Publicum & Privatum. *§.4. J.l.1 §.2. ff. de I. & I.* quibus locis Imperator noster & Ulp. hoc tripartitum esse subjungunt & collectum ex Naturalibus præceptis aut Gentium aut Civilibus. Si Naturæ & Gentium Jus species sunt juris privati, quomodo ex illis tanquam fontibus hoc potest dici collectum? Et qualis divisio, cujus membra diviso haud adæquata? v. Stalius *l.2. Disp. Phil. sp. Reg. 4.* An non eadem Juris Publici princi- 1 2

3 pia quæ privato? ℞. Usui & præceptis civilibus jus publicum Esse suum debere tradunt Wesenb. *ad ff.de I.& I.n.14.* Zoësius *ad l.§. 4. n.14.& ff.n.23. d.t.* Mynsinger *ad §.c.§.n.2.* Locam. *Qu.Just. 6.* Bicecius *in Aur.Praloq.§.32.p.24.* Treutl. *V.1.d.1.th.3.lit.B.* & quos allegat Limnæus *L.1.I.P.c.1.n.17.* Sed malè secundùm Dn.Mollenbec. *Div. Jur.5. Cent.1.n.8.9.* Hahn. *ad Wes.c.n.14.p.m.39.* Bachov. *ad Tr. h.l. B.p.m.11. & ad Πρῶτ. l.1.de I.& I.n. 8.p.76.* Vinn. *in Comm.ad I. c.§.4. n.4.* Schotan. *Exam.Jur.Rub.de I.N.G.C.* Eckholt. *§.19.ff.de I& I.* Rosell. *Diss. de I. Publ. §.9.in V.5. Disp. Bas.* Limn. *n.* 17. 18. Dn. Fritsch. *in Addit. ad h.l.p.2.* B. Dn. Schütz. *V.1.I. P.D.1. th.5. ibique*

4 Scharschmid. Opponunt. (1) Jus naturæ competit brutis. Jus publ. non. (2) Si nulla jure naturæ fuere Sacra & Magistratus; pro usu etiam & commoditate populi Rom. Jùs Civitatis, quod publicum, paulatim constitutum est; sequitur nec hoc ex naturalibus aut Gentium præceptis esse deductum. Prius verum. E. (3) Naturalia Juris aliarum Gentium præcepta pertinuisse nihil ad statum populi Rom., nec enim ex eis magis Imperium Romanis in alias Gentes concedebatur, quàm his in illos. (4) Quod in Inst.& ffis dicta divisio juri privato solùm applicetur. Inclusionem autem unius alterius esse exclusionem.

5 ℞. ad primum. Nec privatum, ex jure tamen naturali collectum, jus brutis competere, nec jùs naturæ propriè tale. *per l.2. de St. hom.* & verb.fin. *all. l.1.§.3.* hoc ipso fatente Zoësio *ad §. de J.N.G.& C.§.1.*

6 *n.2.& ad ff.n.24-26.* Sed quid ad *h.§. 3.* dicendum? Non capio subtilitatem *Covarruviæ*, qui respondendo distinguit cum *Turrecrem.* Jus naturale quoad rationem juris, & quoad actus, seu quod idem ipsi est, formaliter consideratum & materialiter; hôc, non illo, modo competere brutis, cum sic procedat à natura speciali, quæ est ipsa ratio: & tamen jus naturale *verè* illud esse, ait, quod Deus omnia ani-

7 malia docuit. *in c.Peccatum.4.de R.I.in 6.P.2.*§.11.*n.4.* Aut enim quidditas juris brutis competit; aut non. Si *hoc*, quod quidem verissimum, non nisi ἀναλογικῶς & abusivè loquitur Imperator, prout præter Zoes. & interpretantur Franzk. *Ex.1. qu. 3.& ad ffa. de I.& I. n. 104 - 106.* Mejer *C.I.A. h. th. 16.* Bach. *all. D.1. th.4. lit.C. p.14. & ad Πρῶτ. h. p.21.n.6.* Eckh. *§. 21. ff. h.* Dn. Struv. *S.I.C. Ex.1.th. 49.50. & in Evol.* Grot. *de I.B.& P. l.1.c.1. §.11.* ejus frater Guilielm. *c.2. de Princ. I.Nat. §.12.* Dn. Ziegler. *ad Grot. all.§.11.* jung. Osiand. *Obs.ad h.§.p.206-214.* Hahn. *cit.n.14.p. 40.41.* ubi satisfacit dissentienti *Lopez* quem contra communem sententiam sequitur Ungepauer *Ex Inst.2.qu.1.* qui alio-

rum

rum argumenta emedullare nisus est, sed infirmè admodum ac irrito conatu, quod ambigenti demonstrari facile erit. *Illo* casu nec rectè 8
negatur, formaliter sumtum jus naturæ commune cum brutis esse, nam quod tale solùm est materialiter, jus adæquatè non dicitur, cum nomen à forma fluat. Nec accuratè hîc distinguitur, monente *Hab-* 9
nio, inter materiale Juris & formale, ut ut improprietatem simul agnoscant *Zoes. Schotan.* aliique. Dum enim ad juris naturam nihil refert, an actus, de quo jus nat. constituit, nobis sit communis cum aliis animantibus, an proprius, moralia utpote solùm spectantis; certè nec jus materialiter tale [quod *Habnio* est illud quod justum, vel saltem δίκαιον, æquum & bonum] brutis competet, agentibus ex appetitu sensitivo & inclinatione naturali, quæ jus in homine non est, multò minus erit in brutis.

Ad secundum, quod (1) mala sit illatio. Unitas rei non exclu- 10
dit pluralitatem causarum. Origine constitutionis quælibet Lex à Reip. utilitate dependet ac bono publico *arg. N. 1. pr. N. 74. pr. N. 149. c. 3.* Goth. *n. 13. c. 2. dist. 4.* hoc tanquam potentius & præclarius principaliter semper intendit, etiamsi de privato commodo tractet. *v.* Covarruv. *ad c. quamv. de Pact. in 6. P. 2. §. 1. n. 15. 16.* quam tamen Juris Naturæ & Gentium fundamento destitui, absurdè dicitur, contra *l. 6. de I & I.* (2) quod falsũ sit Sacra nulla jure naturæ esse, Magistratus nullos. 11
Horum sanè originem ac effigiem deducere ex isto non incongruè licet. Nonne Psaltistes ait & Jobus, pullos corvorum invocare Deum? Clamore np. suo & capitis erectione in cœlum, ut bestiæ agri velut ad Deum confugere se testantur, quem suo modo tanquam nutritorem invocant. Polus *Syn. Crit. ad Job. 38. vers. 41. & Ps. 147. v. 9.* Apes ordinem monstrant politicum. *c. 41. C. 7. q. 1.* Una est naturâ paulò major, paulò formosior & simul mansuetior, non habens aculeum, cui reliquæ omnes ceu summo Imperatori obediunt. v. Franzii *Hist. animal. P. 5. c. 2. n. 1. 2.* Rhodigin. *Lect. Antiq. L. 13. c. 29.* quamvis hoc neget Anaximander ap. Barcl. *l. 1. Argen. p. m. 89.* Unum sequuntur ducem Grues ordine literario *d. c. 41.* qui reliquis antecellit ætate & experientiâ. Franz. *P. 2. c. 6.* Picinell. *Mund. Symbol. L. 4. c. 32. n. 407.* Porrò quoad Sacra luculentissimum extat testimonium Pauli in *Ep.* 12
ad Rom. 1. v. 19. c. 2. v. 14. add. Vales. *Philos. Sacra. c. 58. per tot.* Quod cum diffiteri nequeat dissent. Zoes. subnectit: Ritus tamen, cære-

tionem, quamvis minimè essentialiter & ex principiis: vel quoad totum, non partium respectu. Certè Romanos sacra, cæremoniasque suas, atque omnia ferè, quæ ad Magistratus aliaque Jura publica pertinent, partim ex institutis & præceptis communibus, partim ex specialibus, præsertim Hetruscorum, accepisse testantur Bachov. *c.p.*11. Vinn. *ad all.* §.4.*n.*4. fa. huc *l.*2.§.4.*de O.I.*

14 Tertia objectio falsâ itidem nititur illatione. En absurdam in simili consequentiam. Ex petitis à Græcis Legibus, per 10. secundùm *Pomp* in *l.*2.§.4.*de O.I.* vel 3.teste Liv.*l.*3.*c.*31. publicâ auctoritate constitutos viros Romani imperium in Græcos non [nec hi in illos] sunt adepti. E. horum LL. ad istos non pertinuerunt? quibus

15 tamen fundatam asserit *Pomp.* civitatem. Juris sanè & Legum spontanea communio non arguit subjectionem *arg.c.*§.4. sed rationem il-

16 larum, æquitatem, & constituti utilitatem. Aliàs Hispani ob observantiam Legum Roman. in idioma Hispan. translatarum; & Turcæ, quod Codice Justinianeo suâ utantur linguâ in judiciis Limn. *l.P.l.*8. *c.*8.*n.*51.52. Covarruv. 1.*Var.Resol.c.*14.*n.*5. Lansius *in Or.pro Gall.* *p.m.*139. Arth. Duck. *de Us. & Aut. Jur. Civ. Rom. in dom. Christ. l.*1. *c.*2.§.6.*p.m.*31. imò tota ferè Europa, omnesque Christianæ gentes ad Jus Roman. confugientes Duck. *c. l.*1. *c.* 2. §. 5. *p.*27. & 30.*pr.* Gramond. *l.*1. *Hist.p.*57. *ubi de Gallia testatur.* Rom. Imperatorem ut

17 Dominum agnoscere hôc fundamento omnino tenerentur. Hispani porrò, Galli, Hungari, Dani, Angli, Belgæ, aliique populi jure à Pontificibus ejusque asseclis condito utentes, teste ex aliis Duckio

19 *c.l.*1.*c.*7. §.10 15.18. sibi ipsis demerent libertatem. Quin nec Imperator ipse omnes aliàs supereminens in hoc mundo, velut ejus Dominus; *l.*9 *ad L. Rhod.* [cujus interpretationem variam dant Reink. *de R.S.& E.l.*1.*cl.*3.*c.*13.*per tot.* Limn. *l.*2 *J.P.c.*8.*n.*1.-30. Carpz. *ad L.Reg.c.*7. *S.*4. *n.*27.-36. Molina *de J. & J. Tom.*1.*Tr.*2. *disp.*30. Vasquius P.1.*Ill.Controv.c.*20.*n.*28.-30. & *per tot.* Wissenb.*V.*1.*d.* *n.*28 *th.*10.-17. Myler.*de Pr.& St. l. c.* 6.*n.*7. *junct.c.*8.*n.*9.] qui omnis Jurisdictionis fons est & scaturigo Merck. *ap.* Klock. *V.*1. *Cons.*11.*n.*217. papalem declinare posset superioritatem ob usum Juris Canon. in Imperio quadantenus receptum, de quo præter experientiam testantur Mev. *P.*3.*Decis.*133.*n.*4. Carpzov. *l.*2. *J.Cons.Def.* 152.*n.*3.-5. & *P.*1. *J-For.c.*21. *d.*2. *P.*4.*c.*20. *d.*16. Limn. *d.c.*8.*n.*57. Reink.2.2.7.*n.*5.-9. & *seqq.* Schultz.*Syn.Inst. proleg.de Orig. Jur. Pontif.* Dn.Struv.*S. J.C.Ex.*2.*th.*38.39. Sed hoc cum Papæ assentatoribus contra auctoritatem juris divini tam V. quàm N.Testamenti,

imò

imò ipsam vicariatûs prætensi rationem affirmare, non nisi absurdum, cuivis etiam sanioris doctrinæ religio erit. Dubitanti hîc satisfiet ex 19
iis quæ tradunt Reink. *l.1.cl 2.c.4.5.6.* Limn. *L.2.J.P.c.9.n.94-103.* Gastel. *de St.P.Eur.nov.c.4.* Ehrenb. *de Regni subsid.& on.subd.c.2.n.28-59.* Vasquius *c.P.1.c.21.* ubi de Papæ dominio latè agit, inque communis sententiæ favorem ex adductis scripturæ & Juris Pontificii locis concludit, in temporalibus præcedere Imperatorem, ac Jurisd. temporalem Pontifici non competere, ceu vicario Christi, qui istam non assumsit, nec unquam exercuit. Potestas autem datur propter usum. Jung. Salgado de Somoza *de Reg.Protect.P.1.c.1.Prælud.1.n.47.& seqq.* Quæ pro firmanda Monarchia Ecclesiastica Papæ clientes ex famosissima, spuria tamen L. *inter claras.C.de S. Trin.* afferunt, solidè emedullavit Dn.Baier. SS.Th. D. ejusque in Illustri Salana P.P. in erudita Diss.habita Anno 1675. *de falsò jactata dignitate & potestate Rom. Pontificum tempore Justiniani Imperatoris* contra Arnold. Corvinum à Beldern JCtum Moguntinensem.

Ad IVtum variè à Dd. responsum est. Rævard. *l.5. Varior. c. 12. p. 733.* per L. Regiam abrogatum ait Jus Publicum: quem 20
sequitur & defendit Kipping. *Meth.nov.J.Publ.L.1.c.3.§.32.* Sed illum redarguunt Dn.Schütz *sup.cit.th.5.lit.C.& ad Inst.D.1.th.18.* Limn. *L.1.J.P.c.1.n.23.cum All.* Eckh. *§.17.ff.de J.& J.* Nam absque lege & Juris auctoritate nil temerè asseverandum, sine qua erubescimus loqui. Atqui non Regia lex hoc dicit, non ulla alia. Nec E. nostrum est, legibus esse prudentiores, & vel derogationem (taceo abrogationem) allegare, quâ adhuc dubiâ Juri communi tenaciter insistendum probat Mev. *P.2.Dec.71.* Opponit *Kipping*: à mutata Reip. forma eam quæ 21
antea erat prorsus aboleri certum esse. Fateor cum *Eckh.* mutationem Juris Publ. ex parte hîc factam, totalem abrogationem nego. Mansit Religio; mansit Imperium Romanum, cujus beatitudinem Jus Publ. docet. Dn Schütz *c.l.* Sine hoc certè non datur status. Quæ esset administratio sine forma informante? & quænam forma regiminis sine administratione? quâ status Reip. stat & esse suum habet.

Q. seq. Sed Cur? An', quod Jus publ. solùm ad Aulam pertineat, nec
sit in Academiis docendum & discendum? Ita quorundam opinio,
quam meritò confutant Carpzov. *J. Cons. in Præf. & l. 2. def. 407.* Limn.
l. 1. J. P. c. 2. n. 9-17. & Dn. Fritsch. *in Not.* Beccer. *J. P. l. 1. proœm. p. m. 4. ibiq.*
Henniges. Dn. ab Andler *L. 1. Jprud. T. 1. P. 1. n. 22.* Dn. Schütz *cit. D. 1. th. 1.*
lit. C. & Scharschm. *in Not.* Jung. Pacif. à Lap. *ad Monz. Disc. 1. n. 6. p. 16.*
24 *17.* Kipping. *Meth. N. J. P. l. 1. c. 1. §. 3.* In Scholis ea sunt addiscenda,
quæ absoluto studiorum cursu aptum quem reddunt ad regendam in
in partibus sibi credendis Remp. At minimè idoneus erit, quem latent
Principum constitutiones; & cui turpe Jus, in quo versatur, ignora-
25 re. Ideò secundùm Rittershus. *ad d. §. f. all.* à Limn. *T. 4. Add. l. 1. c. 1.*
de Jure privato hîc actum, quod ejus tractatio facilis, Jurisque Publ.
sublimior sit, quàm ut tyronibus proponi debeat: à facilioribus
autem semper esse incipiendum. Idem arbitratur Vinn. *ad h. §. 4. n. 7.*
eòque inclinant Fr. Iren. *ad* Burgold. *P. 1. disc. 3. p. 43.* & Giphan. *ap.*
26 Limn. *d. c. 1. n. 26.* quod tamen pro altera ratione adjungit, Jus publi-
cum Politicæ potius esse partem, caret fundamento. (1) enim diver-
sitas horum per 4. genera causarum probatu facilis est. Realiter E
differunt. v. Dn. Mollenbec. *C. 1. div. 4. lit. C.* Kipping. *§. 2. all. c.* (2.) studii
seu Juris nostri duæ sunt positiones, i. e. primæ & integrantes partes;
vel objecta, in quibus posita cognitio & tractatio Jurisprudentiæ.
Bach. *ad ϖϱᾶτα. p. 75. n. 6.* Mej. *C. J. A. de J. & J. n. 9.* Dn. Schütz Vinn. *&*
Mynf. *ad §. 4. J. h.* Pars ad totum indivisibilem habet respectum, nec
hoc illâ demtâ manet tale, quod integrale dicitur omnibus compre-
27 hensis & inclusis partibus. fa. huc *l. 34. §. 2. de Usufr.* (3.) Reip. guber-
natio promittitur Jurium Studiosis *§. 7. proœm. J.* Sed hæc non sumi-
tur ex LL. & Jprudentia privata tantùm. Aliter sentientibus, ve-
rendum sanè, ne accidat, quod Gallos esse crebrius conquestos ex
Bodino refert Carpz. *in all. Præf.* se ab Hispanis publicis in conven-
tionibus & fœderibus nunquam non esse delusos & circumventos,
magno argumento, publici Juris minus illos quàm hos fuisse gnaros.
Sed hodiè quænam μεταμόρφωσις? Meritò, quod Thuan. *l. 1. Hist. p. 7.*
lit. B. effatur de Ferdinandi Arragonii & Caroli V. temporibus, de
Ludovico XIV. inverso modo poterit dici: *Sub hoc paulatim se-*
nescente Hispanorum fortunâ Gallorum nomen adolevisse. Hinc ubi Hi-
spani desierint, ibi rerum potiri Gallos incepisse. Ineptus administrator
ait Fr. Iren. *c. disc. 3. p. 51. futurus est, qui ad ejusm. spartam gubernandam*
nudam privati Juris doctrinam affert, planè similis illi, qui navis gu-
bernaculum in procelloso mari apprehendere præ aliis affectat, remos au-

tem nunquam attigit, aut infidum mare ne quidem in somniis vidit Jung Limn.*l.*1.*J.P.in dedic.& c.2.n.3.* ubi ingeniosissimus Boccalini. *I meri Legisti sono dichiarati puri asini.* In Arcadiam hinc eos relegat, & à publica rerum administratione Parnassico decreto excludit *C.* 1. *Rel.*31. Approbo igitur sententiam *Rittershusii* cum All. fundatam 28
in ordine cognoscendi, quo publicum Jus privato posterius est. Hinc est, quod ajunt, qui in Jure privato versatur, posse ignorare Jus publicum, sed non contrà. Ehrenb.*l.*1.*de Fœd. c.*1.*p.m.*69. Cognitio- 29
nem nostram à sensibus originem ducere certum est, ac in confesso, quò sensibus quid propinquius, eò facilius notiusque id esse nobis, eòque prius proindè tractandum. Metaphysica ap. Philosophos nomine & re hoc docet, & Arist. *l.*1.*Metaph.c.*2.*pr. l.* 4.*c.* 11. *pr. p.* 85. distinguens notiora κατὰ τὸν λόγον & κατὰ τὴν αἴσθησιν. Jus ergò privatum, tanquam sensibus magis obvium, cognoscibilius, & sic facilius, per quod ad difficilius, publicum sc. à vulgi conspectu magis abstractum, progressus faciendus. Sic haud obstabit Reg. *Unius inclusio &c.* in *c.*7.*Disc. lit.g. p.* 32. jam declarata.

Dubium denique circa ipsam divisionem *cit.*§§.motum resolvo 30
ex Molina *de J.& J T.*1.*Tr.*1.*disp.*3.*n.*6.Jus Civile vel *latè* sumi vel *pressè.* *Ille* modus denotat usum, consequenter totum id Jus, quo regitur Regnum aut Civitas; & sic est genus divisionis de qua Imperat. & Ulp. *Hic* causam solum efficientem complectitur, quatenus sc. jus est proprium, ab ipso regno vel Civitate constitutum, distinctum à Naturali Gentiumque Jure; & fit membrum dividens hujus divisionis. Eâd. conciliatione utitur Bach.*supr.cit.lit.B.* Id. *in Comm.ad* πρῶτα.*p.*21.*n.*5. & post eum Vinn.*ad c.* §.4.*n*,1.3.

II.

JUs Ars est Æqui & Boni. Contra hujus tamen proprium, lucrum 1
cum damno alterius non invidere, inquis, contrahenti, dum in emendo vendendoq; naturaliter concessam circumventionem statuunt Ulp.& Paulus in *l.*16.§.4. *de Minor. l.*22. §.3. *Loc.* quibus gemina de hoc aliisque contractibus tradit *Philosophus*, in his per leges licere im-

3 l.2.de J.B.& P.c.12.§.8.& seqq. Dn.Velthen.ad h.c.12.q.1.p.960. Hæc inæqualitas ex fraudulento orta contrahentis & lædentis animo persuasioneque, seu ultra, seu infra dimidium, ad æqualitatem redigitur. l.5.C.de Resc.V.l.10. C. de distr. Pign. l. 7.pr. ff.de dol. l.13.§. 4.& seqq. de Act.E.l.33.Loc.cum simil.Brunn.ad l. 8. n.3.C. de Resc. V. Mej. C. J. A.h.t.f.5.n.2.3.Gail.2.O.2.n 6.Mynf.6.O.38.n.5. 6. Carpz. P.2.c.24. d.9. H. Pistoris l. 1. Qu. Jur. 23. Gl. in c.3.lit. R.x.de Emt. V. quam comuniter receptam ait Covarr. l.2.Var.Resol.4.n. 12.pr. Fraus enim & dolus nemini debet prodesse, quasvis utut actiones exceptionesq; ne exclusas alleg.anti Mev. P.9. Dec.38. Klock. V.2. Cons.60.n.99.

Q. Quid si ab ignorante justum rei pretium emat quis, absque
4 persuasione, pretio etiam infra dimidium, sciens justum rei valorem? & quid si à sciente? quid contrà, si scienti quis vendiderit carius?

5 Primo casu subesse fraudem dolumve arbitratur Covarr.c.l. cum emtor justum rei sciat valorem, sciat itidem, alterum ejus esse ignarum;
6 Læsionem E. etiam in foro exteriori esse resarciendam. Verùm malè, ni fallor, ob consequentiam incongruam. Dolus enim (1) in contractibus sine astuta machinatione aut persuasione non est, ut ex l.1.§.2.l.7.§.10.l.8.l.9.§.1.l.14 l.31.ff.l.6.C.de dolo.l.7.§.9.de Pact.aliisque LL.apparet, inque eo differt à dolo in delictis commisso, qui sine simulatione rectà ad alterius injuriam tendit. Eckh.§.2.& C.J.A.§.5.
7 ff.de dolo (2) Posito emtorem habere fraudandi animum, hic tamen quali arguendus probatione? Quæ uti non in genere, sed certa, specialis, limitatave requiritur Klock.de Contrib.c.19.n.667.cum All.arg. l.7.pr.de injur. sic eò necessaria magis, quò major justi contractûs præsumtio est, tam in re pretioque Klock. V.2. Cons.51.n.119. Merck. ap. Eund. Cons.43.n.79. quàm doli cessantis ratione. Id.Kl. Cons.56,n.19. Jac.Thöming.V.1.Cons.46.n.59.arg.l.18.§.1.de prob. à quo si quævis frivola, temeraria, bestialis & fatua causa excusat Klock.d.c.19.n.669. Merk.ap.Eund.Cons.37.n.410.cũ All.V.1.Mev.P.2.Dec.340.n.8.Carpz. P.2.c.45.d.18.n.5.P.3.c.22.d.9.n.6. Hect. Capyc.Latro Select.Consult. Jur.18.n.14. liberabit æquissimo jure quæ maximè justa, quod istum nec semper scientia arguat, nec latentem adhuc LL.puniant, de externis
8 solùm judicantes l.18.de Pœn. Nisi dolum quis ait emtoris, quod venditorem de justo pretio non admonuerit. Sed talis non est, nec justa culpæ imputatio, cum hic silentii adsit licentia. Est tantùm dolus ejus, qui insidiose obscurè dissimulat, quod dicere erat necessitatis. l.37.de dol.l.43.§.2.de Contrah.E.l.1.§.1.l.39.de Act.E. v. Mev. P.6,Dec.146.de quo exemplum ap.Val.Max.l.8.c.2.n.1.Cic.3.Off.c.16.

ut

ut locum habeat illud Diogenis ap. Eund. *Non quicquid Tibi audire utile est, id mihi dicere necesse est.* (3) Jurisprudentia nostra est merè 9
judiciaria. In judiciis autem cum non agatur nisi de eo quod alteri tribuendum ex præscripto justitiæ: & hæc suum cuique ita tribuat, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore causa *l. 31. §. 1. depos.* quid sanè justius quàm talem non improbare contractum, quem absque nota doli, nec contra *L. 2. C. de Resc. V.* iniit emens? quem vendens inanibus ignorantiæ objectis rescindere nequit, qui rerum suarum vires scire, merita & emolumenta, tam debuerat *l. 15. C. d. t.* quàm scivisse præsumitur, Brunn. *ad c. l. 2. n. 6.* Carpz. *P. 2. c. 34. d.* 8 *n. 9.* ignorare autem non nisi crassè poterit & supinè, scienti itidem meritò æquiparandus *arg. l. 15. §. 1. de Contr. E. l. 6. de J. & F. Ign.* Secundo & tertio casu etiam ultra dimidium stat inæqualitas secundùm Dn. Struv. 10
Ex. 23. th. 89. Eckh. *§. 1. ff. h.* Wiss. *v. 1. D. π. 35. th.* 16. Zoes. *ff. h. n.* 8. Carpz. *P. 2. c. 12. d. 12. n. 7. c. 34. d. 3. n.* 4. Berl. *P. 2. Concl. PP.* 42. *n.* 17. *P. 3. c. 27. n. 32.* Vasquium *P. 2. Ill. Controv. c.* 61. *n.* 10. Th. Michael *ap.* Klock. *V. 2. Cons. 69. n.* 47-51. Goth. *ad l. 34. n. 48. C. de Transact.* & communem Dd. opinionem testantibus Gail. 2. *O.* 29. *n.* 11. Covarr. *c. l. n.* 21.
Non enim hîc subest læsio: quia malum est, & cum alterius injuria 11
fit. Malum autem quà tale eligi non potest, nec fit injuria de jure suo voluntariè remittenti. *l. 9. §. 1. de Aq. pluv. l.* 1. *§. 5 de injur.* *Non* 12
dolus: nam non ab alio, qui scit, decipitur, sed à se ipso. *l. 26. de R. Vind. l. 43. §. 1. de Contr. E. l. 1. § 6. quod falso tut. l. 45. de Pet. her.* nec spontè volenti hic unquam infertur *arg. l. 3. §. 5. de hom. lib. junct. l. 145. de R. J. l. 34. C. de Transact. L. 11. C. de Resc. V.* Potius præsumitur in sciente 13
vendendi animus partim, partim *donatio* facta. *arg. l. 1. §. 1. l. 24. l. 26. §. 3. & 8. ubi* Goth. *n. 5. l. 50. l. 62. ff. l. 9. C. de cond. ind. l. 38. de Contr. E. l. 47. de Op. lib. l. 7. §. 2. pro Empt. l. 29. pr. de don. l. 82. de R. J.* Gail. *c. l.* Mej. *C. J. A. h. §. 5. n.* 19. Brunn. *ad l. 6. n. 1. C. de contr. E.* Vasq. *cit. P. 2. c. 48. n. 2.* Jac. Cancerius *P. 1. Var. Resol. Jur. c. 13. n.* 32. utut aliàs non præsumatur donatio. *v.* Lim. *ap.* Thöming. *V. 1. Cons. 40. n.* 45-48. In *hanc* læsio nulla 14

§.9.n.49.de Æd.Ed. & ad l.2.n.9.f.C.de Resc.V. Zoes. *J.b.n.11-15.* Cach. *Dec.Ped.41.n.9.* Carpz. *P.2.c.34.d.2.n.10.* Berl. *c. Concl.42.n.18.* Tacita siquidem renunciatio eodem, quo expressa, gaudet effectu Mev. *P.7. Dec. 93.n.7.* imò pro tali censetur ista ex conjecturis verisimilique contrahentium mente ac voluntate resultans. Id. *P.7.Dec.11.n.2.* de quo

15 v. Menoch. *l.1.de Præsumt.q.45.per tot.* Si verò remunerationis spe vel alia ex causa sciens rem inæquali pretio vendidit, cur non expressit istam? Reservationibus mentalibus nihilum operantibus. *l.50. de Cond.ind.l.25. C.de Transact.l.7.C de cond.ob caus.* Brunn. *ad h.l.7.& 25 ubi Limit.* Men. *l.4.Præs.99.n.14.* Merk. *ap.* Kl. *V.2.Cons.77.n.10.* Goth. *ad l.3. §.7. n.14. de Cond.c.d.* quod exemplificat Mev. *P.2.Dec.242.*

17 At orta inæqualitas ex re ipsa, citra propositum lædendi, subsistit, modica tamen. (Quæ enim dimidium pretii excedit, corrigitur ex famosissima *l.2.C.de Resc.V.*) Hoc (α) *publica* jubet *salus*, (β) hoc *æquitas*,

18 hoc (γ) *emtionis venditionis qs. substantia.* (γ) *Hac* monentibus Impp. in *l.8.C.d.t.* consistit in voto, vilius emendi, cariore pretio distrahendi. Dum sic uterque contrahentium lucro inhiat, quod commune omnium est votum juxta Sen. *l.6.de Benef.c.38.* & dubio in utramque partem eventui prudentes ambo scientesque se subjiciunt, nec læsus in modico justè queritur, non petiturus contrarium meliore eventu: *l.7.C.c.t.l.17.l.24.C.de Solution.l.17.C.de Usur.* quem alteri lucrosum fecit fortuna, prudentiâ acquisita & industriâ œconomicâ: alterius verò

19 incuriâ, imperitiâ, negligentiâ, propriâ adeoque culpâ neglecta. Ut ergò culpâ suâ quod quis sentit damnum haud fert injustè *arg. l.203. de R.J. l. 24. qua infr. l. 16. ex q. c. maj.* sic æquum est, ut quæstum qui prudens absque dolo adeptus, habeat velut in præmium & mercedem solicitudinis, favente fortunâ, & propter eventûs incertitudinem, gratiâ cujus sustinentur multa de jure alias invalida. *arg. l. 1. C. de Pact. l.12.C.de Trans A.l.12.C.de inoff. Test.l.17.C.de Usur. l. 23. eod.l.34.§.4.C.de Don.l.5.ff.de Jud.* quod per varios casus deducunt Vasq. *c.P.2.c.68.per tot. de* De Olea *cit.Tr.Tit.6.q.10.n.16.p.417.* Canc. *P.2.V.Resc.1.n.247.* Carpz. *P.3.c.20.d.3.* Berl. *P.3.Concl.27.n.32.* Gail. *2.O.8.* & *126.n.5.* Merk. *ap.* Kl. *V.2.Cons.17.n 12.* Schrader *Tr.Feud.P.10.S. 1.n.177.* imò legis etiam 2dæ remedium, v.c. in venditione jactûs retis, hereditatis; *arg. l.10. l.11. de her.vend.l.11.f.l.12.de Act. E.* Mej. *C.J.A.de Resc.V.§.11.n.4.* & Eckh. *§.3.* Struv. *th.88.* in contractu assecurationis Zoes. *ff. eod.n.23.* remissione debiti ob difficultatem exactionis, dubiumque litis eventum; Mev. *P.3.Dec.336.* & similibus denegatur, tanquam in iis, quæ ex casu magis quàm certa ratione dependent. Quod ultimum tamen variè declaratum videbis & restrictum *c.Dec.336.& P.2.Dec.148.* Illa

Ista (β) *æquitas* amat æqualitatem, naturalis naturalem & exactissimam 20
Civilis civilem seu non nimiam inæqualitatem. Has quoties collidi contingit, sic interpretamur eas, ut inferior cedat superiori; æquitas naturalis hoc casu civili v. Wissenb. *ad l.* 206. *de R. I.* Scilicet cum contractus emtionis venditionis hu- 21
manis necessitatibus exigentibus sit frequens, inque eo omnimodam æqualitatem invenire difficile valdè, ob istud contrahentium votum, & pretium, loci, temporis, usûs & indigentiæ rerum, aliarumque circumstantiarum ratione varium, de quo Mev. *P.* 1. *Dec.* 21. *&* 68. *sq.* huc *l.* 62. *f. l.* 63. *ad L. Falc. l.* 3. *§.* 5. *de I. Fisci*, adeòque legaliter impossibile sit; *arg. l.* 55. *F. Erc.* Iniquissimum certè esset in Publicum, contra usum commerciorum, & mentem legis, æqualitatem juxta proportionem metiri Mathematicam (quam assequi contrahentes non annituntur, [illegible] non obligati, ob istam impossibilitatem) & æquitatem contractuum ex Jure commodoque privato desumere. Non hoc, sed publica

Utilitas justi propè mater & æqui. Hor. 1. *Serm.* 3. *v.* 98.

Suprema siquidem lex est *salus publica*, cujus ratio secundùm naturam hæc est, quæ privatam utilitatem rejici patitur, ut communis hominum societas, cui maximè studet, salva maneat & integra. Dn. Struv. *Ex.* 43. *th.* 2. *ex* Lud. Malquitio *de verò ICt. Philos.*

Illa (α) *utilitas* ne violetur, admissâ ob quamvis inæqualitatem querelâ 22
& imploratione Judiciali, ac contractus omniū utilissimos commerciis humanis exturbarent lites, quovis modo diminuendæ *l.* 21. *de R. C. l.* 6. *de Exc. R. I.* modicum contrahentium admittitur damnum. Hoc tolerant, qui majus evitare malunt inconveniens, extremam persæpè paupertatem, innumerabiliaque fori & litigantium mala, nostro maximè seculo, non minus litigioso, ut ait *Carpz.* quàm malitioso, quod plus scientiæ habet quàm conscientiæ. *P.* 1. *c.* 3. *def.* 1. *n.* 1. v. quæ graviter dissferit *Ibburranes* in suo ad Regem Meleandrum super his judiciorum malis sermone ap. Barcl. *l.* 3. *Argen. c.* 16. *p. m.* 357. Ut satis hinc lucretur lites declinans, ob quarum dubium eventum etiam sub Justissimo clypeo haud rarò pereundum est. Nec, si has fugere ignominiosum cum damno sibi fingat, ad jurgia & consumtionem nummorum pronus, modo alteri sit nocumento, obtinebit; à Judicio repellendus & coercendus Carpz. *d. c.* 1. *d.* 9. ob malitiam, cui non indulgendum: *l.* 38. *de R. V. N. Leon.* 102. & ut evitetur de modico quæstio, legibus inconcessa. *l.* 4. *de in int. rest. l.* 54. *de Contr. E. l.* 25. *§.* 6. *Loc. l.* 1. *§* 8. *de Æd. Ed. cum sim.* Ideò modicum interesse non excludit à testimonio; nec modica affectio. Mev. *P.* 2. *Dec.* 6. *n.* 6. Ex modica contractus inobservantia jus recedendi alteri non competit. Id. *Dec. seq.* 34. *&* *P.* 5. *Dec.* 20.

Ex hactenus dictis evincitur all. LL. justa ratio & sensus genuinus, sc. intelligi circumscriptionem, non dolo junctam: sed quæ prudentia est ac indu- 23

L. S.

UT faveas, & quâ in tuam æquanimitatem fiduciâ aggressus est negotium, auctorem dimittas, L. B., testat hac Tibi scheda insinuandum. Nunquam sustinuissem quippiam emittere, ni petitus honor academicus academicorum solennium curam injunxisset. Impulit selecturum inaugurali specimini argumentum ætas hodierna, frequens Fœderibus, ut de iis dissetere cupido subjerit. Equidem, in enucleanda tam nobili gravissimaque materia, mei quod erat muneris, hic implevisse, nolo mihi sumere, tenuitatis meæ haud adeò oblitus, nec justum commentarium, sed frontispicium de JURE FOEDERUM exhibitmus. Hoc deprehendes tamen, Amice Lector, eò me admissum esse, ut quæ ab hujus laboris viam & exemplum præeuntibus, vel planè non, vel confusè congesta, suo hæc ordine libarem, ista pressè expenderem, utrumque ad exercendum & tentandum vires. Quibus impar onus suscepisse argui si merear, at non eò statim omni gratiâ excidet noster qualiscunque Discursus: quod in difficillimis si non assecutum, secutum tamen fuisse, jamdudum suâ à Doctioribus dignatum sit æstimatione, suo favore. Allegata tam in ipso Discursu quàm additamentis non parum curæ injecerunt evolventi sedulò, sæpiusque relegenti, (quod sanctè testor) quotquot pagina capit, Auctores, quorum plurimos varia lectio jam ante dedit familiares. Ut vel hinc, justo frequentiores uspiam si videantur, haud quem istis succensurum credam. Sincerius hîc judicantis censuræ eò me lubentius submitto, quò proniorem fore confido, ad excusandum, quem ipsa persæpè materia illustranda in uberiora degredi coegit. Aliorum deprecor invidiam. Stylum, incultum forsan, hic excusare nolo: (quanquam in ejusmodi disputationibus nec materia substrata verborum semper sinit nitorem) tantùm hoc advertendum duxi, verborum si qua usus videar acerbitate, præeuntibus, ferè semper simul laudatis, Doctoribus sic consultò me locutum esse, suis eorund. mentem verbis expressurum, quando hæc rebus aptant, more JCtis non adeò insolito. Cæterùm qui tuum hîc favorem passus es conciliari, L. B. facile poteris exorari, ut veniam des, sicubi minus rectè quid dixerim, nec concinnè satis ac perspicuè; aut eâ, quâ par erat, diligentiâ non sit elaboratum specimen inaugurale. Etenim in nullo penitus peccasse, divinitatis magis erit quàm humanitatis. Hanc exuat, qui illius nescium se profiteri audet. Mihi non majorem spondeo felicitatem. VALE.

Corrigenda potissimum.

Pag. 6 *lin.* 25. *leg.* verborum interpretatio. *p.* 11. *lin.* 11. *leg.* cum apposito. *p.* 13. *lin.* 21. *leg.* tuti sumus. *p.* 18. *lin.* 5. *leg.* ἀπὸ τῦ *p.* 19. *lin.* 6. *leg.* Jurisdictionis. *p.* 23. *lin.* 16. *leg.* futurum ut à Ludovico. *p.* 24 *lin.* 37. *leg.* Fürsten. *p.* 25. *lin.* 20. *leg.* Decis. Parlam. *p.* 27. *lin.* 9. *leg.* Confœderirten. *p.* 30. *lin.* 39. *leg* argumentemur. *p.* 43. *lin.* 4. *leg.* Consules. *p.* 44. *lin.* 29. *leg.* ordinem. *p.* 45. *lin.* 31. *leg* εἶναι. *p.* 55. *lin.* 14. *leg.* infirmus. *p.* 63. *lin.* 29. *leg.* de Confœd. Pace. *p.* 65. *lin.* 29. *leg.* C 11. Aph. 7. *p.* 66. *lin.* 17. *leg* fœderum. *p.* 68. *lin.* 10. *leg.* obligatur. *p.* 71. *lin.* 3. *leg.* præcepta. *p.* 88. *lin.* 9. *leg.* beschlossen. *lin.* 10. vorhergehende. *p.* 100. *lin.* 20. *leg.* P. 2. Decis. *p.* 109. *lin.* 3. *leg.* intellectuum. *p.* 120. *lin.* 10. *del.* uc. *leg.* allegantı. *lin.* 17. *leg.* Dolus enim.